4° Bav. 1310 (12

Hbh
IV
111

Cn 20
(12

Bav. (lit. ~~[illegible]~~. 1310.

Hbh
~~IV/111~~

R

Cn 20

C12

MONVMENTA BOICA.

VOLVMEN DUODECIMVM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM MAXMILIANEA.



MONACHII

Typis academicis MDCCLXXV.

BAYERISCHE
STAATSBIBLIOTHEK
MÜNCHEN

PRÆFATIO.

Superatis tandem obstaculis quam pluribus, in dias Luminis auras eluctatur Volumen XII. Monumentorum boicorum, priorum aemulum.

Exhibet illud primo loco Membranas Oberaltacenſes, anecdotas fere omnes, majoris uel eo pretii, quod celeberrimam apud noſtrates Comitum de Bogen, in Bajoariae inferioris ſylua hercynia late olim dominantium proſapiam, Auguſtae Domus Boicae Surculum, haut parum inluſtrent & florentem hodiedum illuſtriſſ. comitum ab *Arcu* Propaginem noua quidem, ſed haut paullo certiore via inde deriuandi anſam praebeant.

His connectuntur Eliſabethcellenſia, priorum adpendix.

Sequuntur Oſterhoviana, bonae & illa frugis; optimae futura, ni barbarus Hunnorum furor flammarumque rapacitas, auro juxta

ta cariores ex Agilolfingorum Aevo Reliquias Posteritati inuidisset.

Istud omne post Bruschios, Hundios, atque Gewoldos spicilegium in acceptis grata mente referimus imitandae promtitudini R. R. D. D. *Antistitum*, ac primo quidem R. D. *Joannis Euangelistae* Oberaltacensis, jam triennio ab hinc nobis ereptis, sed uel hoc titulo perennis, nec vnquam interituri Nominis.

Marmora sepulcralia Tabulis C. D. E. conspicua, quae in splendida Geltolfingae Ecclesia, Oberaltacensium curae credita, adseruantur, delineandi copiam Musis nostris indulsit Excell. & Illustr. DD. Comes de *Salern*, loci eiusdam Dynasta & Patronus;

 de

de Majorum gloria, & commodo Posterorum cum primis meritus.

R. D. *Michael*, Abbas Osterhovii, prisci candoris tenax, & meliore, si quis alius, fato dignus, quidquid multiplicem ruinam euasit, plena nobis manu subpeditare in deliciis habuit.

Effigiem demum Saxi Biburgensis (*) vltro submisit R. P. Placidus Stadler, Monasterii S. Viti, quod Neofori est, profes-

fus,

(*) Exhibet illud Tabula postrema. Eius autem inscriptio, haut satis exacte delineata, hunc in modum proculdubio legenda est. *Anno Domini M. Nonagesimo secundo obiit. Fridericus Judex de Piburga tercio Nonarum Junii & Ecclesia renouata est Anno Domini MCCCCXXVII.*

ſus, & parochialis Eccleſiae Biburgi ad Vilſam Vicarius.

Habes, amice Lector, quibus bene preceris operis huius promotoribus, ſuo non priuandis encomio.

Quin potius habes, quod Vota nobiscum nuncupes *PRINCIPI OPTIMO MAXIMO*, qui nobis haec otia Baſilicae facit; cuius hodiernum *NATALEM*, ſero ſaltem redíturum, quum aliud non permittat inenorabile Fatum, feſtiuis vniuerſſae Patriae precibus celebramus.

Dabamus Monachii ipſo *STATORIS* Academiae noſtrae Natali die V. Calend. Aprilis Anno R. S. M. DCC. LXXV.

COMPLECTITUR HOC VOLUMEN.

I. Monumenta Oberaltacensia pag. 1.
II. — — — Elisabethcellensia pag. 303.
III. — — — Osterhoviana pag. 321.

MONVMENTA OBERALTACENSIA.

PRAEFATIO.

Altachium ſuperius, quod Danubio deſcendentibus ad lævam eiuſdem Fluminis Ripam tertio infra Straubingam Lapide occurrit, hujuſque Nominis Tetrarchiae accenſetur, haut ignobile eſt Ordinis Benedictini Cenobium, non aliis vnquam, quod plurimis in Patria noſtra contigit, Incolis habitatum.

Nomen eidem, ut Altahae inferiori, a uetere Quercu Jovi ſacra, & ſuperſtitioſa Bojorum Relligone olim culta, adcreuiſſe, conſtans fert Inquilinorum Traditio, Boicorum, quin & exterorum Scriptorum concordi aſſertione firmata; vt adeo hallucinari illos non dubitem, qui

a praeterfluente Rivulo, rudi Plebeculae *Altha* dicto, illud derivare contendunt. Quotqnot enim Mappas topo- & hydrographicas Bajoariae consulere nobis licuit, omnes istum Rivulum non *Altach*, sed *Menach*, *Menaha*, Nomine indigitant, eademque Adpellatio pluribus Locis, quae adluit, inhaeret; vt *Menhaupten*, quod est Caput, seu Fontis Origo: *Waldmenach*, *Kleinmenach*, *Ober-* & *Nidermenach*, Ministerialium quondam Sedes.

Nec Felicius illos diuinare crediderim, qui ab Alueo Danubii derelicto, ceu Aqua uetere, Germanis olim *alt-Ach* dicta; Adpellationem hauriendam esse hariolantur; quum indubiis Loci hujus Tabulis, & Scriptorum Testimoniis abunde euinci ualeat, Nomenclaturam istam multo esse recentiorem, & Seculo demum XIV. Danubii Alueo ueteri, Monachorum Altahensium copioso Aere ac Opera aliorsum deriuati, inditum fuisse, hodieque *Alt-Wasser*, ipsum vero nouum Alueum, Fossam altahensem, *Altha Graben*, uocitari.

Originem Monasterii hujus, aeque ac inferioris Altahae, grata Posteritas semper in acceptis retulit Pietati ac Munificentiae Vtilonis, Bajoariae Reguli, qui S. Pirminii, regionarii tunc Episcopi, Suasu & Opera, per duodenos ex Augia divite accersitos Monachos, profanum

Lu-

Lucum exſcindi, Jouis Simulacrum euerti, ueroque Numini Cultum dicari eo in Loco uoluit, ubi Superſtitio quondam dominabatur, & annoſae Quercui Arborem nobilem ſubſtitui, cui ſimilem nulla Sylva Profert, dulce Crucis Lignum, hodieque in Eccleſiae clauſtralis Medio erectum.

Ipſam Fundati Cenobii Epocham Nemo, quod ſciam, hactenus exacte definiuit, nec vllus forte definiet, primis ejus Monumentis invido Vetuſtatis Dente corroſis, aut voracibus Flammis, uel Barbarorum Rabie abſumtis.

Stetit nihilominus ſuperior iſta Quercus ſub pluribus Abbatibus, quorum ſaltem Nomina ſuperſunt, per ſesqui minimum Secula, & Carolidarum Aeuo in tantum floruit, vt regiis & ipſa Abbatiis ſecundi Ordinis, ſub corrupta uoce *Alcabe* (Altaha) accenſeretur, ad Dona ſaltem adſtrictum.

Haut equidem nos latet, pleroſque, Nominis forte Identitate deceptos, pro Altaha inferiore *Alcabe* illud interpretari; eo quod ſecus Abbatia illa inſignis in Labbeano Indiculo penitus praetermiſſa fuiſſet, & e Serie Regiarum excluſa. Verum non eſt, quod e Silentio incerti Centonis quidpiam ſibi metuat uicinum, amicum-

queAltachium; quippe Caroli M. Litteris ad Abbatem Vrolfum ſatis munitum, & praeter Dona ad perſonalem quoque Militiam cum primi Ordinis Abbatiis euocatum, uti inter ejus Monumenta Vol. XI. pag. 100. legere eſt.

Atuero Hunnorum, decimo ineunte Seculo uniuerſam Patriam uaſtantium, Furore euerſa ſuperior Altaha, atque cum omnibus Tabulis in Cineres redacta, Monachis aut crudeliter trucidatis, aut diſperſis, Bonis ac Poſſeſſionibus uarie diſtractis, pene inculta jacuit, nec niſi paucis Incolis habitata, e priore Diſperſione reverſis; donec Principio Seculi duodecimi illuſtriſſimi Bogenſes Comites, iidemque germani Fratres, *FRIDERICUS* Ratiſponenſis Aduocatus, & *AZWINUS*, eam inſtaurarent, nova Dote inſtruerent, ipſumque Caſtrum Bogenſe, avitam eorum Sedem, in Eccleſiam Deiparae Virginis, ad hanc uſque Diem Prodigiis & Beneficiis celeberrimam, conuerterent, Altahenſium Monachorum Curae commiſſam, quam illi deuotae Plebi undique confluenti indefeſſo Zelo impendunt, nullis Exterorum Subpetiis adjuti.

Variis poſt haec concuſſa Caſibus, Flammis ſemel, iterumque abſumta, frequenti Inundatione miſere uexata, Deo tamen benedicente, Principum, Patriae Patrum, Munificentia fauente, Piorum Liberalitate, propriaque Oeconomiae Sollertia ſubcollante, in eum, quem hodie

ſub-

ſubſpicimus, Florem excreuit, quem Boni omnes gratulentur, utinam Aemuli non inuideant.

Sacra inter Cymmelia, quae magno Numero, multoque cum Splendore heic adſervantur, eminet inſignis Portio Ligni S. Crucis, cui forte ſimilem non habet Germania, Donum Alberti IV. & ultimi Bogenſium Comitis, qui eam ob ſacram adverſus Boruſſos Expeditionem ab Honorio III. R. P. in Praemium accepit. Longitudo ejus eſt novem, Latitudo ſeſqui, Profunditas unius Digiti monacenſis. Lignum transverſum ejuſdem Dimenſionis, ſex cum dimidio digitos in longum complectitur.

In medio magnifici Templi retro Altare S. Crucis inſigne uiſitur Marmor, referens Effigiem Reſtauratorum, horumque Conjugum Exuuias contegens, ex Monte vero Bogenſi huc tranſlatas; cujus Ectypon adjecta Tabula exhibet. Vbi forte non Neminem morabitur, germanos Fratres, Fridericum & Azwinum, diuerſo tamen Scuto gentilitio uti; illum quidem ſuperiore Parte ſquammato, ad inſtar Comitum Formbac- & Neoburgenſium: Hunc vero Rhombis boicis ad inſtar Retis contexto, quod ad ejus etiam Poſteros, indeque ad Ottonem illuſtrem, Bauariae Ducem, Alberti Bogenſium ultimi Haeredem, tranſiit. Si in Re ancipiti hariolari fas eſt, ſuſpicari quis forſan non inepte poſſet, Friderico iſti

primam

primam obtigiſſe conjugem e Neoburgenſi Familia anonymam, Tiemonis Comitis de Formbach, & Anno MXXVIII. quid ni & diutius? Aduocati Ratiſponenſis,* Filiam, quae Aduocatiam iſtam, vna cum Scuto Neoburgico, in Dotem Marito adtulerit. Certe enim infra in Diplomatario miſcello N. II. ad Annum MLXXXVI. Fridericus iſte jam audit Advocatus Ratiſponenſis, utique Tiemonis antedicti Succeſſor.

Plura hujus Loci, memoratu non indigna, haec ipſa dabunt Monumenta, quae perbenigne nobiſcum communicauit R.D. Abbas *JOANNES EUANGELISTA*, jam inter Cœlites agens, Promotor hujus Operis, dum uiueret, Nemini ſecundus; grata proin Mente recolendus: cui nuper admodum ſucceſſit R. D. *JOSEPHUS MARIA*, quem Aetate florentem boni Superi diutiſſime ſeruent.

Eminet haec inter codex Traditionum egregius, Manu ſeculi XII. exarari ceptus, & deinceps continuatus,

* In Codice Traditionum Sanct. Emeramenſium cap. LI. apud Bern. Pezium Theſaur. Anecdot. Tom. I. P. III. col. 108. exſtant ſequentia: „ Facta ſunt hec Anno Dom. Incarn. MXXVIII. regnante „ Henrico Imper. Filio Chunradi, Epiſcopo Ratiſponenſi Gebe- „ hardo II. Abbate Richolfo. Aduocato ejuſdem Dioceſis *Timo-* „ *ne de Formbach.* „

quem

quem nunc primùm, & fere, integrum, priore loco exhibemus, indeque Genealogiam Bogensium Comitum nouam in Lucem ponimus, & Arcuanos Comites diuersa longe ratione, quam illustrissimo Authori Originum Domus boicae uisum, ab illis deriuamus; adjecta gemina Tabula genealogica, quae non Bogensium modo, & Arcuanorum, sed & augustam Principum nostrorum Familiam haut parum illustrant. Erit forte, qui vtramque peculiari Dissertatione uberius dilucidabit. Supersunt & alii TraditionumCodices sequentium Seculorum, unde non nulla depromsimus Apographa, pro Diplomatarii miscelli subplemento, sicubi Originalia, Anectota fere omnia, deficiebant.

Praeter optimam Librorum omnis generis Subpellectilem in Bibliotheca conspicere est Codices manuscriptos ultra quingentos ex uario Aeuo, octaui, noni & sequentium Seculorum, optimae Notae. Nec quidpiam a Vero deuiamus, si celebre hoc cenobium Alueare quoddam dixerimus Magistrorum, vnde tot Apes argumentosae, quin & Apum Reguli, ad publicas, privatasque Scholas euolarunt, suo Mellificio Orbi litterario prodesse sategerunt, & hodie Fauos inpigre construere pergunt.

Seriem primorum Abbatum damus eo Ordine, quo in Necrologio descripti leguntur; etsi forte parum sit simile

 mile

mile Vero, eos ita inuicem ſucceſſiſſe, ut ſecundum Menſium Seriem fere omnes obierint. Quos poſt Reſtaurationem Aſteriſco * notauimus; incerti nobis uidentur, aut loco non ſuo poſiti. *Curſiuis*, quod ajunt, Litteris expreſſimus, quos in coaeuis Inſtrumentis deteximus: etſi Hundiano, ipſiusque hujatis Chronici, a R. P. Aemiliano Hemmauer uernacula parum feliciter editi, Catalogo non ubique reſpondeant. Tantum!

SERIES RR. DD. ABBATUM.

Erneſtus interfuit Synodo Dingolfinganæ An. 772.
Hermannus † 2. Jan.
Wolfbertus † 10. Jan.
Ratimundus † 18. Jan.
Erchambertus † 30. Jul.
Leopoldus † 26. Febr.
Regenwarus † 13. Maij.
Otgerus † 26. Maij.

Ym-

Ymnio † 31. Maij.
Olpaldus † 5. Jun.
Grimoldus † 2. Jul.
Wolframus † 26. Aug.
Vrolfus † 27. Aug.
Irmbertus † 28. Aug.
Reginhardus † 2. Sept.
Dietmarus † 6. Sept.
Richwinus † 9. Sept.
Sigmarus † 10. Sept.
Wenceslaus † 21. Sept.
Wolframus † 1. Octob.
Lampertus. † 31. Octob.
Adalhardus † 4. Novemb.
Adalbertus † 18. Novemb.
Waltherus † 23. Novemb.
Arnoldus † 29. Novemb.
Dietboldus † 12. Decemb.

Post Restaurationem ab Anno 1100.

Egino † 1105.
* Ernestus † 1115.
Leudigerus, Ludgerus † 1137.
Ruthardus † 1139.
* Goppoldus

Leopoldus praefuit circa An. 1147. depoſitus, † 1159.
Theodoricus † 1159.
Gerardus 1165. † 1184.
Wolframus † 1194.
* Leopoldus.
Goppoldus praef. A. 1209. dep. 1215.
Henricus I. † 1221.
Conradus I. 1221.
Vlricus I. 1225.
Erneſtus praefuit 1232. † 1245.
Vlricus II. poſtulatus ad S. Emeram 1247.
Haymo.
Burchardus † 1255.
Poppo ex Altaha infer. ad eandem revertitur An. 1282.
Conradus II. Piper † 1297.
Conradus III. Capellanus reſign. † 1311.
Henricus II. de Rinchna. reſign. 1316. † 1317.
Henricus III. Stubhen † 1330.
Vlricus III. † 1338.
Wolfgangus reſign. 1346. †. 1353.
Fridericus † 1358.
* Joannes † 1360.
Lautwinus ab An. 1359. † 1362.
Rugerus depoſitus 1366. † 1368.
Eberwinus † 1380.

Pe-

Petrus Vrſenbek † 1403.
Gallus † 1405.
* Albertus † 1421.
Joannes I. Vogel. † 1423.
Jacobus Glettner † 1438.
Joannes II. Aſperger (Pauernpek) † 1463.
Benedictus Beham † 1481. (1476.)
Joannes III. Jrlpeck depoſ. 1481. † 1482. Romae.
Raphael Neupeck † 1483.
Andreas electus, ſed a Duce Bav. repudiatus † 1484.
Chriſtianus Teſenbacher † 1502.
Georgius I. Dunſpir † 1519.
Georgius II. Perkhamer † 1521.
Gregorius Pauer † 1527.
Bernardus Mayr † 1541.
Andreas Wild. reſign. 1551. † 1553.
Sebaſtianus Hofmann † 1564.
Wolfgangus II. Bogner † 1564.
Joannes Bapt. Lochner reſign. & † 1593.
Chriſtophorus Glöckler † 1614.
Vitus Heſer † 1634.
Hieronymus Gazin † 1674.
Dominicus I. Caeſar † 1681.
Romanus Denys † 1695.
Benedictus II. Reſch † 1704.

Ignatius Scherlin depoſ. † 1757.
Dominicus II. Berger † 1757.
Joannes Evangeliſta Schiferl † 1771.
JOSEPHUS MARIA HIENDL, ab Anno 1772.

MONUMENTA OBERALTACENSIA.

CODEX TRADITIONUM.

N. I. Sub Eginone Abbate Anno 1104.

vollständiger in Clm. 22207. f. 152

SIcut perversorum male gesta, ne alii scandalizentur, sunt celanda, ita bonorum beneficia, ut alii aedificentur, sunt declaranda, quo enim sepius prevaricacio transgressoris in memoriam revocatur, eo perniciosius tormentum ipsius innouatur, & quanto frequencius iustus pro iustitia sua est imitandus, tanto copiosius ipse in eternitate temporum creditur a Deo remunerandus. Qua propter tam futurorum, quam presencium Christianorum cognoscat industria, quod quidam prepotentes & timorati homines, videlicet *ADELHEIT advocata*, & *tres Filii eius VDALRICH Clericus*, *FRIDRICH aduocatus matricole Tyberine civitatis HARTWICH*, & *LEUKART de Windberg*, & *duo Filii eius BERTOLDUS*, *ADALBERTUS* * *Comites* per spiritum, qui loquitur ad cor Jerusalem, conpuncti tradicionem cuiusdam loci *Altach* nominati, qui iuxta ripas danubii situs est, in festivitate Apostolorum Petri & Pauli, in presencia, *Egi-*

* Alius Traditionum Codex pro *Alberto* ponit *Hartwicum*. Fuisse autem tres Lutgardi Filios, e Numero sequenti patet.

Eginonis eiusdem loci Abbatis innouauerunt, ** & eundem locum cum omnibus appendiciis suis, uel antiquitus ab ullo antecessore eorum, vel à quoquam hominum eo collatis, vel aliquo consanguinitatis, propinquitatis, dedicionis iure ad se pertinentibus, suo vsui atque potentatui omnino abalienaverunt, & absque omni hominum contradictione Deo & S. Petro tradiderunt, & perpetuo liberum esse decreuerunt; nimirum tam pro animarum suarum salvacione, quam aliorum illustrium virorum inibi sepultorum absolucione. In quorum conspectu probi milites, uidelicet omnes eorum servientes, sepulturas se ibi habituros devoverunt, quinimo intimam peticionem fecerunt. Ceterum hec Tradicio eo Tenore Facta est, ut Monachi ibidem Deo servientes habeant potestatem quemcumque, aut inter se, aut

** Falluntur ergo quam maxime, qui Monasterium istud à Comitibus Bogensibus hoc anno primitus, aut omnino serius, *Fundatum* fuisse scribunt, hodieque mussitant; cum ipsa *FRIDERICI I.* Coniux *ADELHEIDIS* cum Filiis suis se eam Traditionem *innovasse*, sicque Monasterium *restaurasse* profiteatur diu ante erectum; quod vel vnde colligitur, 1mo quia iam subsistebat Ecclesia, & illustrium Virorum ibi sepultorum monimenta; memorantur 2do Bona *antiquitus* eo collata; 3tio iam aderat Abbas, utique non sine Monachis, ex prima dispersione per successionem residuis. Nec enim vero simile est, Monachos ad unum omnes ab Hunnis fuisse trucidatos; quin potius non nulli Fuga sibi consuluerint, atque in proxima hercynia sylva latitaverint, cellas quasdam, unde pluribus hodiedum locis Nomen adhæsit, vt *cella Azononis*, *Cunonis*, *Dancholsi Ratijzell*, D. Benedicto sacra, sibi exstruxerint, post Hunnorum autem discessum pristinas sedes repetierint, Bonis licèt plerisque temporum iniuria aliena manu occupatis, quorum bonam partem illustrissimi Comites Bogenses, *per Spiritum*, *qui loquitur ad cor Jerusalem compuncti*, postliminio reddiderunt, *Restauratorum* gloriam jure promeriti.

aut aliunde eligere Abbatem, anisu tamen, & consensu advocati ipsius loci. Et testes sunt hec nobiles Persone. *FRIDERICUS aduocatus*, *PERCHTOLDUS de Bogen*. *HARTWICH de Ceydlarn* &c. Anno Dominice Incarnationis M. C. IIII.

N. II. Sub Eginone Abbate circa an. 1100. ad An. 1105.

SIcut negligentibus & desidiosis vivendi corporis & Anime est defectio, ita bene agentibus certa & eterna est retributio. Vnde quos nostris temporibus comperimus cautos & servitio sancte ecclesie utiles, hic quorumdam desidia compulit asscribere, quos scimus scriptos in eterna retributione. Igitur *PERTHOLDUS* quidam prepotens & nobilis, & sui *Fratres*, *ENGILBRETH* scilicet, *OUDALRICH*, *filii OUDALRICI de Rotta*, delegaverunt hereditatem suam in manus *ASCUINI de Zidlarin* ea ratione, ut post obitum eorum Deo & sacris eius servitoribus traderet. Quam traditionem ipse *ASCUIN* (a) in manus *Nepotis sui FRIDERICI*, *filii FRIDERICI*, delegavit. Proinde notum sit omnibus presentibus scilicet & futuris, qualiter ipse *ASCUIN* curtile unum in villa superiore *Altaha*, & *Mattingen*, Deo & S. Petro tradidit, & *FRIDERICH* sicut in fide suscepit *Eiterhoven*, & *Mabinoldes ueldan*, & montem qui dicitur *Grind*, & quicquid inibi habuit *PERTHOLDUS*, S. Petro tradidit. Et ipse *FRIDERICH* & *ADELHEIT* (b) *uxor*

(a) Igitur *Fridericus* I. & *Ascuinus*, fratres erant. ex *Hartuico Babonis* Abensspergensis Filio nati.

(b) *ADELHEIDIS*, quae alibi Aduocata dicitur. conjux indubia *FRIDERICI*, I. Ratisbonensis Aduocati, & Mater secundi, filia erat *MAGNONIS*, sive *MAGNI* Saxoniae Ducis, Billungorum ultimi, ut cum

eius de proprio tradiderunt *Berindorf*, & *Landoldasdorf* & unum mansum in *Ascinheim*. Item domna *ADELHEIT* in eadem *Altaha* curtile I. tradidit. Item *Filius eius OUDALRICH* (Episcopus Eystettensis) ad *Ascinheim* curtile I. & X. mancipia. *HARTUICH Filius ADELHEIT* curtile I. in *Engildichesdorf* & I. vineam in monte *Altaha*.

Item Domna *ADELHEIT* medium mansum in *Viedaha* S. Petro tradidit. Item

Hundio & *Aventino* constans est Monasterii huius traditio; quae quidem inde firmatur maxime, quod *FRIDERICUS* II. Bogensis, *ADELHEIDIS* huius filius, a Laurentio *Hochwarto* in catal. Episc. Ratisb. apud Cl. de *Oefele* Tom. I. Script. rer. Boic. p. 188. *Consobrinus* dicatur *HENRICI* Superbi, & *OTTONIS*, Schyrensis palatini Comitis; vt adeo *WULFILDIS*, indubia *HEINRICI* Mater, & *RICHARDIS*, Parens *OTTONIS*, & haec *ADELHEIDIS* Vxor *FRIDERICI* I. Materque secundi, Sorores fuerunt ex *MAGNO* genitore. Nec obest, quod Anonymus *Weingartensis* de Guelfis non nisi quatuor eiusdem Filias recenseat; hoc enim suo silentio quintam non excludit, quam etiam ignorare potuit. In adiecto schemate genalogico Comitum Bogensium occurrit & alia *ADELHEIDIS*, Filia, *FRIDERICI* II. quam extra omne dubium ponit Codex diplomaticus Admontensis apud Bern. *Pezium* Thesaur. Anecd. T. III. P. III. col. 777. N. CV. ubi haec exstat traditio. „ Fridericus
„ III. Aduocatus Ratisbonensis iturus in expeditionem, quae sub Chun-
„ rado Rege facta est, rogavit, & obtestatus est Matrem suam *LUIT-*
„ *KARDAM*, quatenus praedium suum in *Oriente* apud *Brunnen*, scili-
„ cet beneficia decem Virorum Admuntensi cenobio, si ipse de hoc
„ itinere non reverteretur, vice sua pro remedio anime sue delegaret:
„ Friderico ergo aduocato in expeditione illa mortuo, Mater eius su-
„ pra dicta praedium eius, quod praediximus? cenobio . . delegavit.
„ Quo facto Vxor eius, nomine *JUDITH* praedium illud, & cetera
„ eius praedia jure maritalis dotis impetere caepit Postea soror
„ praedicti Aduocati cometissa de Hohenburch *ADELHEIT* nomine,

Item *Filia eius TOUTA* (c) curtile I. ad *Alradasdorf* tradidit S. Petro.

Item *FRIDERICH Filius eius molendinum* ad *Vietha* tradidit iuxta, *Eitina* & piscatorem ad *Aseinheim* S. Petro dedit.

Item *Domna LIUTGARD* (d) & *Filius eius ADALBERTUS comes* partem curtilis in villa, que dicitur *Altaha* & ecclesiam *Bogana* cum dote & VI. mancipia S. P. donavit.

HARTUUICH Filius Domne ADELHEID tradidit quamdam feminam *Friderum* nomine S. P. cum hereditate sua.

HARTUUICH (e) *Filius ASCUINI* dedit ad *Rizemannesdorf* & *Tiemannesdorf* I. curtile, & III. mansus & *omnia* S. P. tradidit.

„ & filii eiusdem cometissae, comes videlicet *ERNST* & Dominus „ *FRIDERICUS*, propinquitatis Jure ut ipsi fatebuntur, praedium idem „ impetere caeperunt. „ &c.

(c) *TOUTA*, quae num seq. *nobilis Matrona*, & *istius loci Dominorum proles audit*, Scriptores exteros hactenus latuit.

(d) Ista *LUTGARDIS* de Windberg non inepte statuitur coniux *ASCUINI*, quae forte suum castrum Marito dotis loco tradidit, a filio *ADALBERTO* posthac in Monasterium praemonstratense conversum, hodiedum insigniter florens.

(e) Praeter duos, qui hic occurrunt *Hartuicos*, alius quoque memorandus venit *HARTUICUS* I. vnus e XXX. *BABONIS* filiis, & comitum Bogensium Sator, de qua exstat originale Diploma in Diplomatario miscello infra N. I. Vxorem nactus est *BERTHAM*, *GEYSAC I.* Regis Hungariae Filiam, *COLOMANNI* postea Regis, & *SOPHIAE* Sororem, prout dubitare non finit Anonymus *Weingartensis* de Guelfis, hunc in modum genalogiam texens: „ Qui (Henricus niger, Pater Hen-

Quedam nobilis Femina nomine *JUDITA* I. manſum ad Winzera, & IIII. mancipia.

Item matrona quedam nomine *DIEMUT* I. manſum *Crizinchirchan*. S. P. dedit.

Etich ſerviens *PERTHOLDI* medium manſum in *Iskerſcella* tradidit S. P.

VVil-

„ rici ſuperbi) Vxorem iam dudum vivente Patre de Saxonia accepit, filiam *MAGINONIS* (Magni) ducis, & *SOPHIAE* ſororis „ Regis Hungariae *COLOMANNI* (*Annaliſta* Saxo ad An. 1062. „ pro *COLOMANNO* erronee poſuit *LADISLAUM*) *WULFILDEM* nomine. Erat tandem eadem *SOPHIA* antea cuidam de Carinthia copulata, ex qua genuit *POPPONEM* Marchionem, qui „ duas filias habuit; vnam (Lutgardem) *BERTHOLDO* Comiti de „ Bogen copulavit. Porro ſoror huius *SOPHIAE* Regi Graecorum „ nupſit. Aliam ſororem eius *BERCHTAM* quidam Comes (Hartuicus I.) ex clauſtro quodam Sanctimonialium abſtractam duxit, & ex „ ea *FRIDERICUM* (I.) Ratisponenſem Aduocatum genuit. Ipſa „ autem *SOPHIA* ex Duce *MAGINONE* quatuor filias habuit, *WULFILDEM* noſtram, *ALICUGAM* (Elicam) Matrem *ADELBERTI* „ Marchionis de Saxonia. Tertiam, quam duxit Dux Moraviæ. „ Quartam, quam *EGEHARDUS* Comes *de Schiren* a quodam Monaſterio Sanctimonialium in Ratiſpona abſtulit, *OTTONEM*que *Palatinum* ex ea progenuit.„ Quum igitur *FRIDERICI* I. Pater haut alius fuerit, quam *HARTUICUS* I. quem praeter *Aventinum* & *Hundium* domeſticae etiam Tabulae, Altahenſi huic cœnobio veluti Teſtamento relictae (infra in diplomatario N. I. & II.) tradunt, indubie inde conficitur, regiam iſtam Hungariae filiam *BERTHAM* non alteri quam *HARTUICO* nupſiſſe. Porro conſanguinitas Bogenſium Comitum cum Welfis & Schyrenſibus ad oculum patet in duabus ſubiunctis tabulis genealogicis.

Willikam ferviens *PERTHOLDI* & *Rumolt* Frater eius I. manfum ad *Tancholfefcella* III. mancipia S. P. dedit.

Sizo ferviens *OUDALRICI* I. manfum ad *Waffanperga* & VII. mancipia dedit S. P.

Adalprhet ferviens *BERTOLDI* II. vineas ad *Mirendorf* S. P. dedit.

Landold ferviens *FRIDERICI* medium manfum tradidit ad *Gounaha*.

Domna *Hazicaha* nobilis duos manfus ad *Hunderdorf*, *Raduanafberga*, *Bouecberg* III. manfus.

LIUTGARD mater FRIDERICI (Tertii) II, manfus ad *Tattingam* dedit S. P.

Nobilis *Heimo* I. manfum, & I. mancipium in *Walahafdorf* tradidit S. P.

FRIDERICH de Windberga (f) I. manfum in *Friendorf*. *Ifnrich* medium manfum S. P. tradiderunt.

ASCUIN & *FRIDERICH*, *patruus eius PERTHOLDUS* VI. manfus in *Mirendorf* tradiderunt S. P.

ADA[illegible]EID mater FRIDERICI, I. manfum ad *Tichmannafdorf* & ad *Harda* fimiliter pro dote ecclefie.

Eadem *ADALHEID* molendinum & curtile in *miltaha* tradidit.

Poppo ferviens *FRIDERICI*, I. agrum obtulit in *Frigendorf* & curtem.

LIUTGART nobilis medium manfum ad *Cocanfgruba* dedit S. P.

(f) Iftum *FRIDERICUM* Germanum fuiffe fufpicor *LUTGARDIS* itidem de Windberg dictae, fupra N. I.

Domina ADELHEID. medium manſum in *Gannandorf* dedit S. P.

PERTHOLD (g) *patruus. FRIDERICI* medium manſum in *Ratbotendorf.*

Hanc item traditionem *Domna Richgard uxor PERTHOLDI* firmauit pro remedio anime viri ſui *PERTHOLDI*, & omnium debitorum ſuorum. Et iſti ſunt teſtes, *ADALPREHT Comes*, *ENGELPREHT* filius aius (ſcilicet Richgartae) *Richer*, *VVitto*, *VVernhart*, *Gerhoh*, *Gerloh*, *Purchart*, *Meingoz*, *Chuno*, *VVichman*. *Ettich*, *Iſenrich*, *Ebbo*. N. III.

(g) *PERTHOLDUS*, haud dubie de *Rota*, praepotens delegator, ut in praeſenti traditione appellatur, bis audit *Patruus FRIDERICI*. ſed cuius? Primi ne, aut ſecundi Ratiſponenſis Aduocati, an illius de *Windberg*? Huius credere malim. Nec enim iſte *BERTHOLDUS* ex *VDALRICO* de *Rota* progenitus, frater eſſe potuit ſive *HARTUICI* I. filii *BABONIS*, ſive *FRIDERICI* I. *BABONIS* ex *HARTUICO* Nepotis. Hinc neque *FRIDERICI* II. *Patruus* recte dici potuit. Quoniam vero *BERTHOLDO* duo fratres erant, *ENGELBERTUS*, & *VLRICUS*; alteruter forte *FRIDERICUM* & *LUTGARTEM* Windbergenſes genuit; & hac ratione *BERTHOLDUS* vere *Patruus* fuiſſet *FRIDERICI*, quippe Patris eiusdem germanus. Nec dubium, quin Rotenſes iſti quadam ſanguinis propinguitate Bogenſibus iuncti fuerint, quoniam abunde conſtat, Donationes Bonorum Eccleſiis factas, plerumque in manus cuiusdam propingui delegari conſueuiſſe. Porro locus ipſe *Rota* vicinus *Zidlarin* (Zeidlarn) inſinuare videtur, *ASCUINEM* & *BERTHOLDUM* ut Bonorum poſſeſſione, ita & agnatione vel affinitate proximos fuiſſe. Si in re obſcura hariolari licet, vt coniecturis non raro indulgent, qui veterum genealogias texunt, ſupponam interim, donec aliunde lux major affulgeat, *VDALRICUM*, huius *PERTHOLDI* Patrem, vnum fuiſſe e XXX. *BABONIS* filiis, fratrem *HARTUICI* I. Bogenſis, ſicque proximum *ASCUINI* & Bogenſium comitum agnatum, vt in Tabula I. genealogica luculenter patet.

N. III. Traditio Toutae Comitissae.

Fidelium tam presentium, quam futurorum memorie commissum sit, quod *TOVTA nobilis matrona*, *& istius loci Dominorum Proles* ad Altare S. Petri in stipendia fratum tradidit predium, quod dicitur *Alratastorhs.* Huius mancipationis in nostra hos testes signavit ecclesia *Engilscalch*, *Henrich* leber, *heriche de familia*, *nethart. Henrich*, *Albwinus*, *Eticho. Berinhart. Ekarich*, *Azilo.*

Eadem conditione & simili pro mercede Christi dederunt duo Germani *Rumolt*, & *Wiliham* predium de *Frigindorf* cum IIII. mancipiis servitium Dei, sanctique Petri. Huiusque traditionis hi testes subscripti sunt *Eberhart. Sutiger. Chadaloch. Wolfram. Gudrabo. Mehtfrit.*

N. IV.

Haec sunt mancipia, que Domna *ADELHEIT* S. Petro tradidit. *Chuniza* cum filiis, *Bertham* cum filiis. *Ezo* cum filiis, *Eremprecht*, *Adalprecht* & omnia sua. *Juditham* cum filiis suis. *Bitza*, *Ovdalrich. Bertholt. Friderich. Pitzam* cum filius. *Judita. Pertholt. Reginpreth. Isinpreht. Richker* & vxorem & filios eorum.

N. V.

Pateant cunctis fidelibus tam futuris, quam praesentibus, qualiter *LIUKARDIS aduocata* delegavit ad altare S. Petri Mulierem quamdam nomine *Pertham* ea conditione, quatenus annuatim se solvat quinque denariis. Hiis Viris testificantibus, scilicet *Otto* senior de *Mozing. Cotpolt* von dem *Steine* Isenpreth, Heinrich.

N. VI.

N. VI.

Notum ſit omnibus Fidelibus, qualiter quedam Domna nomine *JUDITA de Winzira* delegavit unum manſum in manus *BERTHOLDI comitis* ea ratione, ut ipſe traderet ad Altare S. Petri in *Altaha* fratribus in ibi Deo ſervientibus, ut eis deſerviret. Quam traditionem ſuſcepit *Egino* Abbas, & *Aduocatus FRIDERICUS*. Et iſti ſunt teſtes *ADALBERTUS Hartwicus. Chadolt de Winzira. Richeri de Walchinshofan. Engilſcalch* & *Roupreht de Pareſtetigerhoch de Wolfolteſcella. Gotti de Etinesdorf. Purchart & frater eius Tiemo. Ekkirich & frater eius Huch de mennaha. Heinrich de Richpretesdorf. Chunode Fremrichesperge. Piligrin*, *& Ruodoff & chuno fratres de Friendorf. Meginolt & filii eius Megingoz & Wifo. de Mandiboldes veldel.*

N. VII.

NOtum ſit omnibus fidelibus, qualiter dive memorie Domnus *FRIDERICH* & fratres ſui *HARTWICUS* & *OUDALRICUS* & *Pertholdus* filius *LIUTGARDE*, equali parte tradiderunt ſiluam ultra *Heimpreitisperg* ſitam ad altare S. Petri in *Altaha* CC manſus in latitudine, & in longitudine uſque ad marcham boemaniam a *Wigilinesriet* uſque in aquam que dicitur *Pebarha*. Quam tradicionem ſuſcepit Aduocatus *FRIDERICH* & abbas *Egino*, qui etiam omnes conſtituerunt, ut interfinia & terminos eiuſdem ſilve prepoſiti uniuscujusque illorum Abbati & ſenioribus eccleſie S. Petri monſtrarent, qui ſic vocantur. *Suuitker*. *Dietpolt*, *Otto*, *Adalpreht*, & alii, quorum nomina hic non habentur. Huius rei teſtes ſunt nobiles. *PERHOLT comes*. *HARTUICUS* fratres aduocati. *Aribo*, *Heinricus*. *Heinricus*

ricus Ougo. Engilscalch. Richer. Routpreht. Charp. Marquart. Ekkirich. Chadolt. Huch. Wilihalm. Adalpreth. Maganus. Otto. Adalprecht. Walto. Engilscalch. Routpreth. Wichman. Chuno. & alii quam plurimi milites Dominorum.

N. VIII. Circa idem Tempus.

NOverit cuncta posteritas, qualiter *Ductrix LIUTGART* *, *soror ADALBERTI comitis* tradidit ad altare S. Petri quandam mulierem nomine *Ouspirn* cum omni prole sua. Huius rei testes sunt *Suitker. Pernhart. Richere. Engilmar de Christeuesberch. Heinricus & filius eius Pertoldus.*

N. IX.

Domina *LUITGARD* cometissa mater *ADELBERTI* Comitis dedit in dotem Ecclesie sancti Johanis & sancti Egidii

D dimi-

* *Nuspiam*, quod quidem sciam, hactenus comparvit *LIUTGARDIS*, Adalberti comitis *Soror*, quam gemini codices Altahenses distincte ponunt. Suspicabar aliquando, *Matris* loco, Errore Scriptoris positam fuisse *Sororem*; Certe enim *Mater ALBERTI* I. erat *LUTGARDIS*, ut ut claret e Num. seq. sed nihil impedit, quominus Mater filiam habuerit cognominem; ut adeo *Lutgardis* prior Mater, & altera *Lutgardis*, soror potuerit esse *Alberti*, siue *primi*, quod malim credere, sive secundi. *Ductrix* autem ideo forte compellatur, quod Duci cuidam copulata fuerit, oppurtune hoc tempore occurrit *HEINRICUS* II. Dux Carinthiae, dictus de *Eppenstein* apud P. Erasinum *Frolich* in Archontologia carinthiae P. I. pag. 37. qui pro Remedio Animae suae, & dilectae coniugis suae *LIUTKARDIS* varia donavit Monasterio S. Lamberti in styria, ut videre est in charta donationis eiusdem apud Bern. *Pezium* in Cod. diplomat. P. II. col. 283. *N.* LXXI. sed & in *Necrologio* Sanlambertino vetustiore ad XII. Kal. Augusti reperitur *LUITKART DUCISSA*, vtique non alia, quam ista.

dimidium manſum in *Radwanſperge* & mancipium unum nomine *Haziha.* Huius rei teſtes ſunt *Marchwart. Megingoz. Hiller. Hagano. Rovdolf. Engilbreht. Gozpolt. Erchinger. Adilger. Yſanbreht.*

N. X.

ALuich ſervus *BABONIS* redemit filium *Aluicum* a Domino ſuo, quem vendicavit in manus cuiuſdam nobilis Viri *Zacchonis*, qui delegavit eum ad altare ſancti Petri pro V. denariis annuatim ſolvendis. preſente *ASCHWINO aduocato.* Huius rei teſtes ſunt *Routpreht von Rincheim. Purchart. Swicher von Gozpoldeſcella. Wezil. Etihe von Halnſteine.*

Clm. 9515 f. 175

N. XI.

NOtum ſit omnibus Fidelibus. Filii *Liutkarde Adelheit*, & *Kamolt* dederunt unum manſum in *Dancholfescella* cum V. mancipiis *Chuniza* & *Reginloch* & *Hartwich*, & *Friderun.* filii *Erlun.* pro remedio animarum ſuarum ad altare S. Petri & Fratribus ibi Domino ſervientibus. Huius rei teſtes ſunt *Routpreth de pargaſteti. Eckarich & Frater Huch. Heinrich. Etich de Gaizhuſen. Oudalrich de Wundardorf & Frater eius Chono & Frater eius Piligrim. Perinhart de Menaha & Frater eius Anno & Sigihart & Oudalrich de eadem Villa.*

N. XII.

NOtum ſit univerſe poſteritati, quod Aduocatus noſter *FRIDERICUS* & uxor eius *LIUTKARD* & frater eius *OUDALRICUS* & filius eiusdem Aduocati (*Fridericus III.*) elegaverunt de propriis facultatibus & tradiderunt ad altare S. Petri fratribus ibidem Deo ſervientibus unum curtile in *Rogitinperge*

pro

pro remedio animarum ſuarum & parentum, ut remunerentur in retributione iuſtorum. Quam traditionem ſuſcepit quidam Presbiter & Monachus nomine *Heinricus* in loco Abbatis tunc poſitus. Et hi ſunt teſtes. *Engilſcalch de Parchſtetin. Heinrich de Ripretesdorf. Routpreth. Chouno. Wieman de Steinach. Oudalrich. Engilſcalch. Chadolt de Winzara. Ekkerich de Menaha. Otto de Henenchoven. Adalwart de Aiterhoven. Pabo de Wiſintfeld. Adalpreht de Agapach. Walto. Dietwin* & frater eius *Engilſcalch. Marquart. Lantolt de Chriſtansperge* & frater eius *Chriſtan. Friderich.*

N. XIII.

NOverint univerſi ſucceſſores, quod Dominus — — (forte *Udalricus*) Epiſcopus tradidit ad altare S. Petri VI. mancipia - - - - cum V. filiis ſuis: Et hy ſunt teſtes. *Eppo. Rachwin. Leupolt. Fridrich. Chunrat. Altolf. Oudalrich. Hartman.*

N. XIV. Sub Luidgero Abbate ab An. 1115 — 37.

G*Iſa* quedam femina tradidit ad Altare S. Petri V. mancipia annuatim pro V. denariis, & hoc egit preſente Domino *VDALRICO Epiſcopo* (Aiſtetenſi fratre Friderici II.) in manus Domini *Luitgeri* abbatis, quorum nomina ſunt *Hiltha, Pertha Truta. Rudiger. Giſila.*

N. XV. Circa idem Tempus.

QUedam mulier nomine *Leukarth* tradidit ſe ad altare S. Petri pro V. Den. Teſtes ſunt *Gozpolth de Harde. Leo de Adilpolhtesdorf. Gumpolt de Hermutesdorf. Prim de Harde. Hartwich de Richprehtesdorf. Renghart, & frater eius Wolfolth. Getwin de Sinzencella.* Cenſualis *Diemudis* filia ſororis *Leukard*

kard Villice de Gahſteten, que genuit *Gotfridum*, *Matzam*, *Leukardem*, *Perhtam*, & *Luitpoldum.*

N. XVI.

MAthilt quedam femina ſoror *Rumoldi* & *Willehalmi* & *Marquardi* militum *Comitis ADALPERTI* delegauit ad altare S. Petri famulum quemdam ſuum *Vdalricum* pro quinque denariis annuo tempore ſolvendis, preſente *Luitgero abbate.* H. p. t. s. *Mazilo Rihfrit. Pernhart. Engilmut. Erkinbreht. Ekkerich.*

N. XVII.

Noverint cuncti fideles tam poſteri quam preſentes, qualiter *RICHERUS de Walichhoven* quoddam predium ad *Eberhardeſcell* emit ad *Rupertum* & fratrem eius *Chunradum*, quod delegatum eſt in manus *Hizonis de Hovedorf* ea ratione, ut ipſe delegaret, quocumque altaſtenſis Abbas *Leudigerus* vel eius ſucceſſores peterent. Huius rei teſtes ſunt *FRIDERICUS aduocatus & eius filius FRIDERICUS. Chadolt & eius filius Chadeloh & Chadot. Heinrich de Moſin, Diethede Baſseten. Chuno de Rota, & eius frater Routpertus. Gerhart & eius filius Frideric & Lautwin. Hizo, Hartwic. Oudalrich. Hizo. Adalpreth.*

N. XVIII.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quidam vir nomine *Rachwinus* appellatus eſt ab Abbate *Liudgero* & aduocato *FRIDERICO*, habentem uxorem aduenam ſibi non conſciam. unde cogitabat idem R. quomodo conſedere poſſet cum uxore ſua & bonis ſuis, impetravit quod permiſſione & in preſencia ipſius aduocati F. & Abbatis L. & permiſſione S. Petri Ratiſpon. Eccle-

Ecclesie Dominorum cathedralium, quod mutata est uxor sua nomine *Mathilda* pro alia muliere nomine *Golda*, que fuit S. Petri tributaria pro eodem censu V. denariorum Sancte Marie redditam. Domino W. Sacrista presente. huius rei testes sunt *Gotpoldus* & *Volchmarus de Mennach. Heinricus & Otto de Friendorf. Pilgrim. Gundelpret. Gerwin. Arnodus. Heinricus senex. Marquardus. Sietho. Herwich. Gerolt. Ruprekt. Engelpreht. Perwin. Dietwin.* *

N. XIX.

Notum sit cunctis fidelibus, qualiter quidam miles, *ADALBERTI Comitis* nomine *Marquardus* ad Altah in manus *FRIDERICI advocati*, & *Liudigeri Abbatis* predium suum in *Eiterhoven* & septem mancipia ea conditione (tradidit) ut singulis annis censum suum persoluant, duo scilicet ex eis *Ouldalrich* & *Ortwin* sex denarios. solus *Gnennili* duos denarios. reliqui quatuor. *Willehalm Chuenzo*, *Adelburch & Adelheit* singuli V. denarios. huius rei testes sunt *Rupreht. Heinrich. Erchenge. Adelpreht. Rassolt & frater eius Goezwin. Heinrich. Isenrich. Oudalrich. Chadolt. Haertwich.*

N. XX.

Notum sit cunctis fidelibus, quod quidam nobilis homo *Gerhoch* nomine delegavit predium suum in *Wolwoltescella* cultum & incultum cum mancipiis eo tenore, quo sibi serviebant in manus Engilscalchi de Pargestesin, ut post obitum eius & uxoris eius *Methilde* dimidiam partem traderet ad altare S. Petri in *Altah*, & dimidiam ad monasterium S. *Tyburcii*

* Vid. infra Num. LXXXIV.

equali diuifione inter eos diuidendum predium & mancipia. Hec delegacio peracta eft in manum *FRIDERICI advocati* fub *Lindegero Abbate.* Huius rei teftes funt *Rutpreht. Chalp. Heinrich de Richprehtefdorf. Chadolt. Ekkerich. Hug. Gozwin.*

N. XXI.

Noverint tam pofteri, quam prefentes, quod quidam *Chuno de Puhcfeh minifterialis aduocati noftri FRIDERICI & cognatus Domini Wirntonis de Prennberch* contulit huic ecclefie S. Petri unam curiam in *Chefsnah*, & unum predium *Haegenzelle*, & unum predium in *Paefefinfcelle*, & cum eisdem prediis mancipia fubnotata, videlicet *Rupertum cocum*, & *Pertham fororem fuam. Rupertum pifcatorem fororikum Ruperti coci.* & *Heinrich*, *& Alheidem & Vlricum & Rupertum & fororem eiusdem*, *& Rupertum de Puefoh*, *& Vlricum*, *& Heinricum pifcatores*, *& horum duorum fororem Alheidem*, *& Rupertum de Cheffinach*, *& fororem eiusdem Rethzan*, *& Heinricum Shigel militem*, Uxore dicti *Chunonis*, de hoc, fcilicet *Shigel*, fpecialiter confentiente, cum eiusdem uxoris idem effet mancipium.

N. XXII.

Eodem etiam tempote quidam *miles*, *dictus Fridericus de Chefsnach*, quandam *concubinam* duxit, nomine *Pehrtam*, *mancipium predicti Chunonis*, per quam tres filias genuit, fcilicet *Sophyam*, *Alheidem*, *Chunigundem*, quarum due priores poft mortem dicti *Chunonis* cefferunt in proprietatem Domni *Wirntonis de Prennberch*, tertiam uero, fcilicet *Chunegundem*, & maritum eius *Shigel*, fepe dictus *Chuno & uxor fua Waltpurch* adhuc viventes cum prenominatis prediis huic Ecclefie con-

contulerunt. Qui collati genuerunt *Gotpoldum*, *& Chunradum & Perhtam*, quam *Perhtam Heinricus Baumgartener* legitime duxit, & poftea duos filios genuit, iuuenem *Poumgortener*, & alium quemdam.

N. XXIII.

Sancte matris ecclefie filiis notum fit, *ADALBERTUM comitem*, *uxoremque eius HADWICAM de Windeberge* in profectione fua cum exercitu in Vrifiam provinciam tradidiffe ad altare S. Petri Altahenfis cenobii pro remedio anime fue mulierem quandam *Engilradam* nomine cum VI. liberis, fcilicet *Richerio*, *Dietpoldo*, *Engilpoldo*, *Engilpurga*, *Mergarda*, *Liutkarda*, ut *iure nobilium vivant & ferviant miniftrorum*, prefatum monafterium tunc temporis regente *Liutkero* Abbate. Cuius traditionis idem comes teftes adhibuit *Richerium de Walcinchoven. Oudalricum de Porinchoven. Engilfcalchum de Lienaha. Ebrwinum de Willingen. Wicmannum de Steinaha. Megingozum de Prachinpach. Herwicum de Wefcilfcella. Perinhardum de Gebrinchoven. Roudolfum de Framlinefperpe. Eponem de Drasloha.*

Perpetrata eft hec digna memorie Tradicio Anno Mill. C. XV. ab incarnatione Dni. Indict. VIII. Regnante in pace iuniore *HEINRICO* Imperatore.

N. XXIV.

Notum fit fidelibus filiis catholice matris ecclefie tam prefentibus quam futuris, quod *FRIDERICUS advocatus & uxor eius LIUTGARD* tradiderunt poteftativa manu ad altare Sci Petri, quod dicitur *fuperius Altaha*, quandam ancillam fu-

am

am nomine *Gotilam* eo iure, ut *vivat & miniſtret, ſicut cetere filie honorabilium miniſtrorum.* Huius rei teſtes ſunt. *Heinricus de Richprehtesdorf. Rovtpreht de Pareſtetin. Huch de Mennaha. Otto de Mouzingen*, & *frater eius Engilſcalch. Gozpreht de Harda. Herſuuich de Siclinſperch.* Et hi ſunt teſtes. *Rovdpreth. Lantolt. Houch. Eppo. Penno. Friderich. Adalpreth. Purchart. Erkinpreht.*

N. XXV.

L*antolt* miles *OUDALRICI* eichſtatenſis epiſcopi votum habens eundi Hieroſolimam, & in die egreſſionis ſue preſente fratre ſuo *Chriſtiano* tradidit ad altare S. Petri predium ſuum in *Geunaha* pro remedio anime ſue & parentum ſuorum, & ſeruum unum cum uxore ſua & filiis annuo tempore V. denarios ſolventes. Et huius rei teſtes ſunt fratres eius *Chriſtianus. Heinricus. Suno. Erkinger. Ratpot. Perhtolt. Ratpot.*

Eadem hora ſoror eorundem nomine *Tovta* delegavit predium ſuum in *Siclinſperge* & pratum unum cum filio ſuo S. Petro, & eundem Filium ſuum in ſervicium Dei & S. Petri perpetuo mancipavit. Et teſtes ſunt. *Lantolt. Chriſtianus*, & ceteri prenominati.

N. XXVI.

Noverint univerſi fideles, tam poſteri, quam preſentes in unum ſimul pauper & dives, cuiuscunque conditionis ſunt, ſciant cuncti mortales, quia *FRIDERICUS iunior (tertius) ratisponenſis advocatus*, *FRIDERICI & LIUTKARDAE filius*, *Fratruelis OUDALRICI eihſtatenſis epiſcopi*, in manus *Adalberonis cuiusdam nobilis Viri de chirthbach* tradiderit quatuor curtes in *Witilinchoven* cum ſex vineis contiguis, eo ordine,

ne, atque conditione, ut si forte ipse prior decesserit, ea predictus vir pro remedio anime eius ad subscriptarum ecclesiarum altaria delegare debeat. Et ut evidentius, clariusque in posterum pateat, firmiusque in cuncta retro secula ipsius delegationis auctoritas permaneat, per se ipsum vivens distinxit, quemadmodum eas, ut dictum est, per Ecclesias distribui velit, scilicet majori ecclesie in urbe ratisponensi curtem unam. Sancte *Marie* in *superiori monasterio* curtem unam. Ad *hospitale* curtem unam cum duabus vineis. Ad *Benedictum Sci Petri Monasterium Scottis* duas vineas. Ad monasteriam Sci Johannis in *madel hardesdorf* curtem unam cum duabus vineis Reliquorum vero prediorum delegationem, que idem prefatus & sepe nominandus advocatus à supradicto patruo suo *OUDDALRICO* videlicet *eichstatensi presule* suscepta, hereditario iure possidebat. in fidem & manus *eque admodum illustris viri & nobilis Ratponis de Niwenhusen* contulit Sco Petro *altahensis* cenobii patrono offerenda. presente ipsius loci *Abbate Liutkero.* Et quia ipse inibi locum sepulture decrevit habere, & per succedentia sibi tempora cuncti parentes eius ibidem positi in pace requiescunt, eundem locum maxime semper amavit, coluit, oblatis etiam donariis, beneficiis, allodiis, antea sepius, nunc magnificentius cumulavit, auxit, ditavit, que tamen hic expressa minime habentur, quia & loco & operi pro sui dignitate & numero incongrua esse videntur.

N. XXVII.

Noverint cuncti fideles tam futuri, quam presentes, quod quidam homo nobilis, nomine *Otto de Vurlbach* delegavit ad altare S. Petri altahensis cenobii quandam feminam *Azalam*

lam nomine cum filiis *Meriboto*, *Chounrad*, & *filia Perhta*, uti in manus eius uenerant, ea ſcilicet ratione, ut ſemper ibi uiuant ipſi; & poſteri eorum, *jure nobilium ſervientium.* Que tamen mancipia *Dietpold de Chagara* cum ſuis propriis mancipiis commutavit iuſta taxatione de *Scambachenſis* familia; & in manus ſupra dicti *Ottonis* delegari fecit, quam traditionem ſuſcepit *Liudigerus Abbas* eiusdem loci, *FRIDERICO III.* * *Aduocato.* H. r. t. s. *Gerunc de Scambach. Adelun. Ratpoto. Arnold. Oudalrich. Oudalſcalch. Adelhor. Iſanpreth. Otto. Heinrich. Altof. Pernhard.*

N. XXVIII. Circa eadem fere tempora.

Adeloch ſerviens *ADALPERTI Comitis* dedit Sco Petro Altoh quandam feminam *Gnanewip* ſolventem V. denarios. Et hii ſunt teſtes. *Marquart. Purchart. Bernhart.*

Quedam nobilis femina *Chouniza* tradidit ad Altare S. Petri Richpert V. denarios ſolventem.

N. XXIX.

Nouerint cuncti, quod quidam miles aduocati *Engelſchalk* nomine delegavit manſum unum in *Hofdorf* ſtatim ipſa die, qua uxor eius ſepulta eſt ad Altare S. Petri. Et hii teſtes. *Rudolf de Steinach. Oudalrich de Steinach. Engelmar de Geſwent. Bernart ſervus Chunonis. Rumolt faber. Ouldalrich Chotzenmuzel. Heinrich*, & *Bernhart de Perncelle.*

N. XXX.

* FRIDERICUM iſtum, quod pro Genealogia ſuperius delineata probe obſervari meretur, gemini Altahenſes Mſſ. Codices *Tertium* diſerte exprimunt; ut adeo iam nullus ſit dubio locus, quin ſchema illud, quatenus huc pertinet, ordine ſuo poſitum fuerit.

N. XXX.

Hii ſunt teſtes : quos in *Harthuſen* collegimus ad vineam in Hovedorf, quam de *Altwino* emimus. *Altwinus & filius eius Chunrat Pernger. Heinrich. Chunrat de Gartenhuſen. Aribo. Hartwich. Heinrich. Otto. Albreht. Chunrat de Vieht. Chunrat. Sibot. Pertholt. Heinrich de Humbelen. Lanzo. Chunrat. Heinrich de Ehingen. Heinrich de Windeberg. Hugo de Vurt.*

N. XXXI.

Hugo ſerviens *Advocati FRIDERICI* tradidit ad Altare S. Petri *Sigſridum* pro V. denariis annuatim ſolvendis. & hii ſunt teſtes. *Adelhoh. Otto. Heinrich.*

N. XXXII.

Femina quedam nomine *Wille* delegavit cum manu filii ſui ad altare S. Petri mancipia *Ellam* & filiam eius & filios eius. *Rihlint* & *Adilhaidam* ſororem eius cum filiis & *Wernhardum* fratrem earum pro V. denariis.

N. XXXIII.

Pateat univerſitati catholice plebis, quod mulier quedam de *Wizenregen* dicta videlicet *Giſila* ab omni ſervitute libera ſeſe cum omni poſteritate Sancto Petro ad V. nummos annuatim perſolvendos mancipaverit. ſed ut hec res rata foret, teſtes adhibiti ſunt, quorum hec nomina ſunt. *Chadolt de Sumbreſtorf. Engelſchalch de Perndorf. Ezerich de Menna.*

N. XXXIV.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quomodo quedam nobilis & libera mulier *Giſila* nomine ſe & omnem ſuam ſobolem

bolem ſuper altare S. Petri pro V. nummis ſingulis annis ſuper predictum altare offerendis tradidit. cuius rei ſubſcriptos teſtes ad confirmandam veritatem adhibemus. *Richer de Wozenhoven. Udalrich de Porrenchoven. Engelſchalch de Einach. Widman de Steinach. Meingoz de Prachenbach. Haertwich de Wezzelſcelle*, aliique plures & multi.

N. XXXV.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod quedam nobilis femina nomine *ADELHEIT* * tradidit ad altare Sancti Petri mancipium unum nomine *Adelheit* pro V. denariis annuatim ſolvendis. Hii ſunt teſtes. *Ernſt. Otto. Haertwich. Herrich.*

N. XXXVI.

Conpertum habeant univerſi fideles ſacrae dioceſis, quod mulier quedam de *Abreſtorf Mergart* appellata una cum marito filie ſue *Cotpoldo* predium quoddam *Porcingen* pro remedio anime filie ſue *Herlinde* & totius parentele ad altare S. Petri delegaverit uſui fratrum ibidem Deo famulancium mancipaverit. Et ut haec rata forent, aſtipulantur teſtes ſubſcripti. *Chunradus de Mennach. Pilgrimus. Heinrich. Otto. Erhenger de Huernberch.*

N. XXXVII.

W*alcha* dedit *Hertwicum* & *Engilmarum* ad altare S. Petri pro V. denariis annuatim ſolvendis pro remedio cuiusdam cognati ſui nomine *Penno*, cuius funus in preſenti ſervabatur. Et poſtea ad eundem cenſum quandam ancillam N. pro

* Forte Soror *Friderici III.*

pro cognata ſua iam defuncta W. Huius rei teſtes ſunt *Gotpolt* & *Gotpolt Friderich. Pertholt fratres defunctorum.*

Eodem die *Friderich* quidam miles *ADALBERTI Comitis* tradidit quemdam ſervum ſuum ad eundem cenſum ad altare S. Petri. & huius rei teſtes ſunt predicti viri, & hi *Rohuuin*, *Engilſcalch.*

N. XXXVIII.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter quidam ſerviens Domini *FRIDERICI* nomine *Reginpreht* quandam hereditatem in villa *Teſsindorf* tradidit ad altare S. Petri ſub manu *advocati FRIDERICI.* Et iſti ſunt teſtes. *Walto. Etich. Wichman. Adalpreht. Gotpolt. Meginhold. Otto. Engelſcalch.*

N. XXXIX.

Pateat omnibus fidelibus, quod *Friderich* & mater ſua nomine *Tinza* cum filio *Pennon*, & cum aliorum conſenſu filiorum tradiderunt medium manſum iuxta *Eitina.* Et iſti ſunt teſtes. *Perinhart. Walto. Wichman. Lantolt. Oudalſcalch. Haertwich. Adalger. Oudalrich. Agalhoh. Dietrich. Marquart. Gotebolt.*

N. XL.

Heinrich de Aetinach emit famulam quandam nomine . . . quam tradidit S. Petro annuatim V. nummis ſolvendam. Teſtes ſunt *Otto de Frigindorf, Otto. Scado. Gozwin & Herbort. Heinrich Steinhuff.*

N. XLI.

Domna *Hozicha de Oberen munſtiur* tadidit ad altare S. Petri mancipium unum nomine *Heinricum* ad ſerviendum fratribus ibidem Deo ſervientibus. Huius rei ſunt teſtes. *Oudalrich. Penno. Engilſcalch. Altolf.*

N. XLII.

Notum ſit omnibus fidelibus, qualiter *Vdalricus, filius Rehwini* barochianus de *Haslpach* delegavit predium ſuum in *Haslpach* ſitum in manus *Dietrici de Roubendorf* ea racione, ut ipſe traderet ad altare S. Petri pro remedio anime ſue. Huius rei teſtes ſunt *Hartman de Veltkirichen. Ortholf Wintere de Haslpach. Pernolt. Heinrich. Dietwin. Pilgrin. Marquart de Kovth. Isinrich vagus. Dietrich.*

Noverint univerſi, quod tres fratres de *Porinchoven*, *Paldwinus*, *Vdſcalcus*, *Reinoldus* tenentur ſolvere annuatim quinquaginta denarios de uno predio ibidem in *Pas.*

N. XLIII.

Notum ſit omnibus, qualiter quidam *Marquart* ſerviens *Adalberti* Comitis tradidit ad altare S. Petri unum mancipium *Engilgoz* pro quinque denariis annuatim ſolvendis. Et hi ſunt teſtes. *Oudalrich. Pernhart. Werinheri.* Et hoc notandum ſit, quod *Dieza* tradidit S. Petro unum mancipium pro V. denariis. Et hii ſunt teſtes. *Ekkirich. & frater eius Hvoch Cumpolt.*

N. XLIV.

Noverit univerſa Poſteritas, qualiter *Adalpreht ſerviens ADALBERTI Comitis* tradidit ad altare S. Petri & fratribus ibidem Deo ſervientibus medium manſum.

N. LXV.

N. XLV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis, quod quedam *matrona*, *Agatha* nomine, cum libere condicionis (*eſſet*) ſe ipſam cum omni poſteritate ſua & predio *Chrizenchirchen* ad altare S. Petri perſolvendis annuatim duobus denariis contradidit. Hec nomina liberorum Matrone prenominate. *Chunrad. Gebhilt. Giſila. Hemma. Mehtildis.*

N. XLVI.

Noverit univerſitas tam preſencium quam futurorum, quod quedam *matrona* nomine *Perhta de Hanwerſtorf* homines ſuos pro remedio anime ſue ad altare S. Petri pro cenſu V. denariorum contradidit. Hii autem ſunt homines. *Perhtolt & uxor eius Liukarth* & filius eius *Chunrad. Mehtilt & filia eius Liukarth, Alheit, Mehtilt, & eius Heinrich & Raehwin.*

N. XLVII.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam liber homo nomine *Adalbero cum ſorore ſua Touta* delegavit ſe ad altare S. Petri pro V. den. annuatim ſolvendis. Et teſtes ſunt. *Gozpreht de Harde. Wolmar de Mennach. Pernhart miles dictus. Otto. Pernolt. Sifrit. Rumolt.*

N. XLVIII.

Noverint cuncti fideles Chriſti, qualiter *Chadolt de Winzera* tradidit ad Altare S. Petri quoddam predium ſuum in *Adelhardesdorf* ſitum pro filio ſuo *Pertholdo*, & pro remedio anime ſue. Huius rei teſtes ſunt filius ipſius *Chadeloh*, *Adalpreth. Iſinpreht. &c.*

N. XLIX.

N. XLIX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo *Railtpertus* nomine, ſerviens *FRIDERICI Advocati* inpetravit a Dno ſuo predium quoddam ad *Pirichehe* delegandum ad altare S. Petri pro remedio anime ſue & parentum ſuorum. Hanc traditionem ipſe peregit, annnente eodem Advocato.

Tradidit etiam ipſa ora tria mancipia ſui proprii iuris ad prediſtum altare, duo quidem in proprietatem, tertium vero, id eſt, feminam V. denarios annuatim ſolvendos. Huius rei teſtes ſunt *Heinrich de Richpretisdorf. Oudelrich de Sedorf. Otto. Engilſcalch. Maginus. Pernolt. Adalbreth. Hartwich. Adelhoch.*

N. L.

Noverint fideles, quod quidam homo *Manigolt* nomine dedit predium ſuum ad altare S. Petri H. r. t. s. *Meginhart. Adelbreth. Adeloh. Iſanpreth. alii.*

Heinricus de Rihprehtiſdorf delegavit quemdam Virum *Dietpoldum* nomine ſibi a quodam *Perinhardo* delegatum ea racione ad altare S. Petri, ut annuatim V. denarios perſolvat. *Dietmar. Chadelhart.* alii.

N. LI.

Notum ſit cunſtis fidelibus, quod quedam mulier *Truta* nomine tradidit quoddam predium in *Wrlepach* pro remedio anime ſue ad altare S. Petri. H. r. t. s. *Chounradus. Megingoz.*

Pernoldus quidam tradidit ad altare S. Petri quandam ſuam famulam nomine *Giſilam.* Hi ſunt teſtes. Penno. *Hiſinpreth. Megingoz. Hartwich.*

Hizi-

Hizila de Steinahe tradidit quemdam famulum fuper altare S. P. pro V. den. folvendis. H. r. t. s. *Engilpreth de Stetin. Oudelrich. & Ouzilup de Steina. Hifenpreth & Hartwich de Vregindorf.*

N. LII.

Noverint cuncti fideles, qualiter quidam homo *Gifilbertus* nomine fe redemit a Domino fuo *Adalberto*, quique delegavit eum in manus cuiusdam nobilis viri *Heitvolchi* ea racione, ut delegaret eum altare S. P. *altaha* V. den. annuatim folvendos. H. s. t. *Volchmar. Ifanpreht. Routpreht. Heinrich. Adalpreht.*

N. LIII.

Noverit univerfa pofteritas, quod quedam nobilis femina *Gifila nomine* cum *filiis fuis Vdalrico. Mahtilt. Liutkart* tradiderunt fe ad altare S. P. pro V. den. folvendis annuatim. & h. s. t. *Dietrich. Adelhoh. Otto. Hartwich. Engilpreht.*

N. LIV.

Quidam *Perhtoldus de Pifcolfesmaez*, ubi & habemus patruum nomine *Peronem*, atque de utraque parentum fuorum linea liberam habens condicionem, Deo magis, quam hominibus fervire volens, cenfuali iuftitia, fcil. pro V. nummis fe ad altare S. Petri in altahenfi monafterio tradidit, & fubfcriptis teftibus confirmari petiit. *Roudolf de Chalenberge. Rudiger. Hircil. Rudiger & Rudiger uterque camerarius. Heinrich. Sgenwin. Megingoz de Horenberch. & VValler. Sibot de Steten. VValther.*

N. LV.

E*ngilpreht. Cunrad. Liukart. Richilt. pater Engilberti & Cunradi*, *Megenhardus* cum filiis iam dictis superioris *Altaha* tributarii quinque nummos singulis annis in festo sancte Crucis in inventione ipsius persolvent.

N. LVI.

D*iemudis* mater fuit *Cunradi*, huic quidam fratres de *Kezena Fridericus*, *Cunradus*, iniuriam conati sunt facere, quod eadem mulier servili prorsus condicione ad eos pertineret. A qua objectione ignito ferro se expurgavit, & statim se suamque sobolem Monasterio iam dicto censuali iure contradidit. H. r. t. s. *Engilpreht. Cunrad. Meinhard. VVolfram de Penning. Friderich. Gumpold de Harthusen. Cuno de Munstere.*

N. LVII.

Propter assentatores & dissentatores iusticie, qui in presenti degimus, memorie posterorum annotando transmittimus delegationem factam ab *Heinrico*, nec non & filia sua *Perhta*, ne causa inveterata nullus emulus existens iusticie Veritatem astruentibus vim inferendo valeat reniti, delegavit autem Vir prefatus partem hereditarie possessionis sue potestativa manu, scilicet siluas duas, ter trina prata, partemque agrorum suorum in confinio nostre possessionis iacentium cum quinque mancipiis ad altare S. Petri altahensis cenobii, mancipans filium suum Deo in monachali habitu litteris inbuendum, & permansurum, & sibimet ipsi instituta regularis annone preberi, quoad uiuat, instituit, ceterum Jus pro remedio anime sue tradens,

dens, & tocius parentele. & ut hec rata permaneant, adſtipulantur teſtes ſubſcripti, uidelicet *Rudolfus de Mennach*, *Albreht de Bogen. Otto. Lambertus. Hertwicus procurator dni Rudolfi. Otto & Heinricus de Friendorf. Otto Schad.*

N. LVIII.

Pateat notitie cunctorum, quod quidam Deo deuotus N. *Meginhardus de Monaſterio* tradidit predium ſuum ad *Richprehtesdorf* ad altare S. Petri in uſum inibi Deo ſevientium fratrum pro remedio uidelicet anime ſue, cunctorumque parentum ſuorum. Tradidit quoque ad prefatum altare iuris ſui mancipia ad cenſum V. nummorum annuatim illuc perſolvendum, quorum nomina infra ſubſcripſimus. Huius rei teſtes per aurem adtracti ſunt *VVirnt. Rudlant. Ekkepreht de Bucſe. VVolfhere de Bachere Hartuuich de Hirzpach. Hiltpolt. Erchinger. Pernart. Gerolt de Monaſterio. Reginpoto de Hauninberch. Friderich de Bucilhoven. Chuno de Hirzperch. Ougo de Niuuenhouen. Heinrich Stainhum.*

N. LIX.

Filius *Chcunradi de Arraha* tradidit ad altare S. Petri duo mancipia, mulierem nomine *Richardam* in cenſum V. denariorum, & vnum ſeruum in cottidianum miniſterium fratribus hic Deo miniſtrantibus, nomine *Gotfridum.* Et hii ſunt teſtes *VVolframus de Altinpoucha. Meribot. Poppo von Hartingen. Dietmar.*

N. LX.

Purchart uir nobilis quidam tradidit ad altare S. Petri quoddam predium in uico *chalheim* nuncupato, cum peticione

uiri cuiusdam nomine Wernheri, cuius idem predium erat. Et h. s. t. Idem *Purchart. Rachwin de Mirtanne. Filius VVernheri eiusdem nominis. Megingoz. Ysanpreht & frater eius Hartuuich.*

N. LXI.

Nouerint cuncti fideles Christi tam presentes quam futuri, quod quidam homo *Heinricus* nomine de *Plassansperch* tradidit ad altare S. Petri duo mancipia *Hiltpurgam* & sororem eius *Judith* ea scilicet ratione, ut annuatim V. solverent denarios. Et h. r. t. s. *Adelpreht de Hagibach. Uolchmar de Mennaha, Rahwin de Raine. Rahvvin de Eitinaha. Otto. Odalger de Miltaha.*

N. LXII.

Nouerint cuncti fideles Christi, qualiter *Pertholt de Heiterhoven* tradidit ad altare S. Petri quoddam predium suum pro remedio anime sue, & illud predium, & aliud beneficium reaccepit ab eiusdem loci abbate sibi & filiis suis post mortem eius in censum annuatim exinde persoluendum. & hi sunt testes. Hartuuic. Oudalrich. Otto.

Ekkirich de Mennaha tradidit S. Petro ancillam unam nomine *Diemout* pro V. denariis annuatim solvendis. H. r. t. s. *Gebolf. Perhtolt. Otto.*

Ekinbertus seruus aduocati tradidit S. Petro mancipium unum pro remedio anime sue nomine *Gnelluep.* H. r. t. s. *Heinrich. & filius eius Heinrich.*

N. LXIII. Sub Ruthardo abbate circa an. 1137.

Willehalm de Wateſtorf tradidit ad altare sancti Petri ad altach ancillam nomine *Chouniza* temporibus *Ruthardi abba-*

abbatis eiusdem loci pro remedio anime ſue ceterorumque parentum eius. Huius rei teſtes ſunt *Rumolt. Marquart, & frater eius Ekkrich. Haertvvich. Guntherus.*

N. LXIV. Sub Luitpoldo Abbate circa an. 1147.

Pateat univerſis ſucceſſoribus, quod *Chezilo, ſeruus Domini ADALPERTI comitis* tradidit ad altare S. Petri cum conſenſu & licencia ipſius Dommini ſui *ADALPERTI* quendam agrum ſolventem annuatim ſolidum unum pro redempcione anime ſue & parentum ſuorum. & hanc tradicionem ſuſcepit *Luitpoldus abbas, & aduocatus FRIDERICUS.* Et hii ſunt teſtes. *ADALPERTUS. comes. Rudolf. Liebehart. Hartuuich. Cotpolt. Vdalrich. Hartvvich. Prouno. Werinheri. Gumpolt. Engilpreth. Heinrich. Dietmar.*

N. LXV.

Nouerint univerſi ſucceſſores, qualiter quidam *Adalpreht &* uxor eius *Labiza* ex familia S. Petri Ratiſpon. inito conſilio tradiderunt ad altare S. Petri fratribus ibidem Deo ſervientibus hereditatem ſuam in *Helmphrethesſcella* poſt obitum ſuum pro redempcione animarum ſuarum. Quam tradicionem ſuſcepit *Abbas Luitpoldus.* Et hii ſunt teſtes, *Megingoz. Pernhart. Wolfram. Oudalrich.*

N. LXVI. Circa an. 1147.

Pateat univerſitati fidelium, quod quidam militaris Vir *Gozpertus* nomine de *Harde* miniſterialis *FRIDERICI aduocati*, tempore *CHUNRADI Regis* ad ſepulchrum Domini proficiſcens, quoddam predium in *Riute* fratribus in ſuperiori altah Deo ſervientibus pro remedio anime ſue contradidit, & idem

predium per manum *Waldonis de Vteligin* contribulis ſui eidem cenobio reſervandum delegavit, conſenſu tamen fratrum ſuorum *Chunradi*, *Heinrici*, *Hagenonis*, *qui tunc temporis ſtudii cauſa ſcolas eiusdem monaſterii frequentavit*. Huic rei adſtipulantur teſtes ſubſcripti, jam dictus *Waldo de Vteling*. *Hartvicus Chroph*. *Siboto Chroph*. *Otto & Vlricus de Mozing*. *Chatoldus Sumbrehtsdorf*. *Rudolfus de Mennah*. *Rahvvinus*, *Wolkmarus*, *Gozpoldus de Mennah*. *Albertus de Hovedorf*. *Adelhohus de Tegirnbach*. *Rudolfus de fremirichesperg*.

N. LXVII.

DOmna *Tovta de Rihprehtiſdorf* tradidit ad altare S. Petri predium ſuum in *Routinbach* ſitum pro remedio anime ſue, & aliud predium ſitum in *Haganbouche*. Huius rei teſtes ſunt *Engilſcalch de Landoltesdorf*, *& frater eius de Mouzingen*, *& filius eius Oudalricus*. *Liebhart*. *Altman de Chezzinach*. *Cotpolt & filius eius Hartwich*. *Luitpolt*. *Pabo*. *Adalhoh de Tegrinbach & frater eius Werinhart*. *Rudigerus Miles eius*. *Gerhoh de Triendorf miles eius*. *Adelpreht & alii*.

N. LXVIII.

NOtum ſit cunctis Fidelibus, qualiter *Gozwin de Hagabach* & uxor eius *Gerdrud* nomine tradiderunt ad altare S. Petri predium ſuum in *Wolvolteſcella* cultum & incultum ea racione, ut memoria eorum & parentum ſuorum apud Deum maneat in perpetuum. Huius rei teſtes ſunt. *Walto de Vtilingin*. *Otto de Mozingin*. *& frater eius Oudalrich*. *Merinth*. *& frater eius Suuiker*. *Wolcmar de Mennah*. *& fratres eius Gotpolt Ekkirich*. *Rahwinde de Mennah & frater eius Pertholdus*. *Oudal-*

dal-

dalricus & fratres ſui Engilſcalch, *Heinrich. Hartwich de Stainaha. Marquart. Dietwin. Otto. Heinrich de Friendorf. Pernolt. Pernhart. Haimpreth. Gotesbalh & alii quam plurimi.*

N. LXIX. Circa an. Dom. 1147.

PRopter auaros & uiolentos aliarum rerum inuaſores, ne diripiant paſſim impune alieni pauperum labores, adhibitis teſtibus, teſtimoniiſque idoneis preſentia facta ſcriptis eque preſentibus memorie mandantes ad poſteros tranſmittimus, ut ſcilicet quique futuri Chriſti fideles nouerint ut preſentes, quia in nullis non dicimus eccleſiaſticis negotiis ullo modo falſitatem aliquam vel mendacium admittimus. Scripture tamen iſtius Lectorem vel expoſitorem premonemus, ut antequam ſequentis lectionem cauſe recenſeat, precedentis actum textumque traditionis diligenter cognoſcere ſtudeat, quatenus utrobique caute, ſolliciteque inſtructus ſecurior ad aures publice cognitionis ueniat. Prior ergo traditio vel delegatio, cuius ſequentia annotare uolumus, facta eſt a *FRIDERICO*, *ratiſponenſi* tunc temporis *aduocato*, quando in illa famoſa expeditione cum *CHOUNRADO Rege*, itemque cum pluribus terre noſtre principibus Hieroſolimam pergens, oratorio beati Petri Apoſtolorum principis, & fratribus in Dei omnipotentis ſeruitio ibidem conſtitutis in ſtipendia neceſſaria cottidianis uſibus aliquam prediorum ſuorum contulit partem. Ergo unum ex eisdem prediis a quodam ſtrenuo milite *Goteſrido* nomine aliquamdiu beneficii iure retentum. *Reliqua deficiunt.*

N. LXX. Circa an. 1147.

NOuerit cuncta retro generatio, qualiter *aduocatus FRIDERICUS iunior* (III.) Hieroſolimam iturus predia quedam poſ-

poſſeſſionis ſue in manus *HARTUUICI Comitis* tradiderit, ea uidelicet ratione, & conditione, ut ipſe ea uicaria traditione pro ſua parentumque ſuorum ſalute ad altáre S. Petri integra, fidelique deuotione delegaret. Cuius commendationis cautionem isdem comes prompto & uoluntario animo ſuſcepit, & promptius adimpleuit, tradens ad prefatum altáre dicti aduocati predia, unum *Boracelle*, aliud *Lederare* dictum, cum omnibus appendiciis eorum. Tradidit quoque iſdem aduocatus ad prenominatum altare mancipia, quorum infra annotamus. *Gerwinus cum uxore & filiis. Hazacha uxor Pernhardi de Mennaha. Gepa & filie eorum Wilmout & Richiza.* Huius delegationis teſtes adhibiti ſunt *Goteſcalch de Hœninchoven. Chadeloch de uuinzere, & filius eius Chad. Chuno de Heriſingen. Heinricus & frater eius Rudolf de Horenpach. Heinrich de Friendorf. Volchmar & frater eius Gotpoldus de Mennaha. Engilſcalch iunior ſcafel. Suuitker de Houedorf. Ditmar iunior de Perindorf.*

N. LXXI. Sub Abbate Dietrico circa an 1159.

Poſtea uero cum ſepe dictus aduocatus uita deceſiſſet, uxor illius (*JUDITH*) predictas poſſeſſiones impetere, & juri ſuo aſcribere cepit, quaſi non poſſet rata eſſe traditio, quam ſe abſente uir ſuus feciſſet. Unde conpulſus eiuſdem monaſterii *abbas Dietricus* conſentientibus fratribus eidem aduocate tantum pecunie dedit, ut pariter cum *filio* (*FRIDERICO IV*) * preſen-

* Non itaque ſine Prole obiit FRIDERICUS III. ut *Aventino*, aliiſque viſum, qui & FRIDERICUM II. ignorarunt, aut eum primo confuderunt. In hac ſiquidem traditione expreſſa filii fit mentio, cui FRIDERICI IV. nomen haud temere impoſui, utpote Patri, Avo, Proavoque commune; quem & meliore forte coniectura Satorem ſtatui illu-

ſentibus multis miniſterialium ſuorum earundem poſſeſſionum prorſus impulſiones omitteret, & a iure illarum penitus ſe abdicaret. *VValdo de retilingen. & filii eius. VValdo & Otto. Hartman de Veltkirchen & frater eius Marchuuardus. Burchart de Hagabach. Gotpolt & Raheuuin de Menna. Friderich de Lantoldeſberch. VVezilo ſaſſo. Pruno de Harda. Engilſcalch de uuoluoltiſcelle & filius eius Hartuuicus.*

N. LXXII.

Propter nutantes & inſtabiles animos quam plurimorum, qui ſuarum rerum minime - - - - - ſed ſemper alienis rebis inmit-

G tum

ſtriſſimorum Comitum AB ARCU, quos alii cum Authore originum Domus boicae a neſcio quo HARTUICO derivant. In ottoniano enim Privilegio de Anno 1209. quod reperitur Tom. II. orig. dom. boicae in Appendice N. VII. *Vdalricus de Arcu* dicitur *filius nobilis Domini* FRIDERICI, quem noſtrum quartum dicere, aut *Vlrici* nunc memorati Avum ſtatuere quid vetat? cum & temporis ratio, & Arcuanorum perſuaſio adprime congruat. Neſcio, unde Comes *Brandyſius*, & LUCAE in dem Grafen Saal, Parte II. p. 888. acceperint, quod aiunt, FRIDERICUM hunc Quartum Comitem de Bogen Anno 1175. in finibus Tridentinis ac Veronenſibus ad Lacum gardenſem civitatem cum caſtro exſtruxiſſe, eidemque a Teutonio, *Bogen*, translatum Nomen *Arco* indidiſſe, & inde illuſtriſſimae familiae adpellationem ad hanc uſque diem manſiſſe. Porro Bogenſium Comitum aliquem, Boiaria pulſum, ſe in Italiam recepiſſe, iam ante illos ſcripſerunt *Vitus Arenpeck* in chronico Boiariorum apud Bern. *Pezium* Theſaur. Anecdat. Tom III. Barte III. col. 258. & *Joannes Ebran. de Wildenberg* in Chron. Bavar. inter ſcriptores rer. Boic. apud *Oefele* Tom I. pag. 505. a. Alios genealogos hanc viam non iniiſſe, mirum nemini videatur; cum FRIDERICI III. filius, cui quarti nomen haud temere imponitur, nunc primum vna cum his Monumentis Altahenſibus in lucem prodeat.

tuntur, ſcriptis communimus, ſicque memorie poſterorum tranſmittimus delegationem factam a dno. *Engilſcalcho* de Perndorf.

N. LXXIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam modernis, qualiter ego *Volchmarus cum germano meo Gotepoldo* delegamus ad altare S. Petri Apoſtolorum principis patroni ſuperioris altahenſis cenobii poteſtatiua manu pro remedio animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum quandam ex paramandis noſtris, *Adelheit* dictam cum filiis ſuis *Piligrimo*, & *Goteboldo*, ea ſcilicet lege, ut ipſa cum predictis filiis omnique poſteritate ſua, ſi ius ſuum ſeruaverint, ius non aliud nec ſeruitium perſoluant, niſi quod iuſte & legaliter paramandi ceteri conſocii eorum perſoluerint. Et ut hec traditio firma in perpetuum perſiſtat, ſecundo coram abbate uenerabili *Dietrico* ſtabiliri fecimus cum teſtibus ſubſcriptis *Adalpreht de Houedorf. Udalrich cognomento Strobil. Dietrihc Lienunc. Richer. Perhtold. Racco. Herrand. Gnenil. Engilſcalch.*

N. LXXIV.

Nouerint cuncti famuli, qualiter quidam homo *Hermannus* nomine redemit filiam ſuam *Mathildam* & *Meinhardam* a domino ſuo *Berngero de Silichigin* & a filiis, uidelicet *Oudalrico*, *Brunone*, *Dietmaro Diemoude*, & delegavit eam in manus *Ragewinide Silichigin fratris* eius ea racione, ut delegaret eam ad altare S. Petri *Altahe* V. denarios annuatim perſolvendos. H. r. t. s. *VVolchmar & Ragewin de Menhac*, *Babo de Geſwent. Adalpreht. Rudiger de Burrigin. Sifrid de eadem villa. Bertholdus. Longus. Otto. Heinricus eius filius Heinricus*, & alii quam plures.

N.

N. LXXV.

Notum sit Katholice ecclesie filiis tam presentibus quam futuris, qualiter quidam Clericus *Kagino* nomine quoddam predium in *Ruit*, quod a *Dietrico* in superiori altah abbate in beneficio habuerat, ante decennium, quam de vita excederet, idem predium pro remedio anime sue devote & voluntarie prefato monasterio omnino sanus & incolumis resignavit.

N. LXXVI.

Nouerint quique fideles famuli, *Heinricum de Friendorf* predium suum ad uadimonium Domno *abbati Dietrico* pro V. talentis tradidisse.

N. LXXVII.

Insinuatim sit universis fratribus altahensis Cenobii, quod quidam miles, *Eberhardus* nomine mansum quemdam memorato Abbati pro quatuor talentis ad pignus delegavit. Hec autem ideo scripsimus, ne neuter eorum nutanti animo vim valeat inferre.

N. LXXVIII. Sub Abbate Gerardo ab an. 1159.

Pateat omnibus fidelibus, quod *VVieman & mater sua Berhta de Route* tradiderunt ipsum predium ad altare S. Petri cultum & incultum, ea ratione, ut memoria eorum apud Deum in perpetuum maneat. H. r. t. s. *Volchmar & frater eius Gotpoldus. Rauuin de Menna. Counrat. Gozpreht de Harda. Counrat. Hainrich. Marchuuart de Ruta, & frater eius Hainrich & Otto de Friendorf. Geruuinus. Rahuuin. Hainrich. Mazilo. Gotefrit. Pernolt*, & alii quam plurimi.

N. LXXIX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter *Eberhardus de Sunzingen* rogatu *fratris ſui Durinkardi* predium, quod uocatur *Hizinberg* ad altare S. Petri delegauit pro remedio eiusdem fratris ſui & omnium parentum ſuorum. H. r. t. s. *Chunradus de Mennaha. Albin filius ſororis ſue. Rehevvin & Gotepoldus & Linunch de Mennaha. Peringer & Durinchart de Sunzingen. Burchart de Hagebach. Heinrich de Friendorf. Dietmar & Counradus frater eius. Otto de Friendorf. Heinrich cementarius. Hezilin. Rehivvin preco. Claueſchinchil. Heinrich.*

N. LXXX.

Notum ſit omnibus tam modernis quam poſteris, *Mathildem* mulierem quamdam cuiusdam hominis *Svvamlins* uxorem, que fuit una ex paramandis S. Petri, quam uir prefatus ſex ſolidis S. Petro mancipavit ad V. nummos annuatim perſolvendos, cum ſuis filiis *Heinrico* ſcilicet, & *Counrado*, filia vero *Hailvvic*. Non ſolum cum filiis, verum & cum fratribus *Heinrico* & *Vlrico* & cum omni poſteritate filiorum vel fratrum. Poſtea vero ſub uenerabili *Abbate Dietrico* praefata mancipia uenerunt, & a ſupra dicto abbate preſentibus fratribus eius atque omnibus conſentientibus Xenio ſuo impetrauerunt, ut a cottidiano ſeruitio liberi cenſum V. denariorum in feſto S. Crucis annuatim ipſi & poſteri eorum perſoluant. Huius pactionis teſtes affuerunt *Volcmarus & Gotpoldus de Menna. Albertus de Steinberc. & frater eius Gozpoldus de Houedorf. Gozpoldus de Rotenbahe. & filius eius. Dietricus de Sconavve. Roudolfus de Menna.* Ut autem prefati homines ab omni obpreſſionis inpe-

petitione ſint alieni futuris temporibus, litteras iſtas Sigillo S. Petri roboratas eis indulſimus.

N. LXXXI. Sub Gerardo abbate ab an. 1159 — 84.

Hec ſunt predia, que *Abbas Gerhardus* ſuo tempore comparauit, atque redemit. *Judite aduocatiſſe* (uxori Friderici III.) dedi ambulatorem unum pro duobus talentis, & inſuper II. talenta. *Adalberto de Suzenbach* IIII. talenta pro predio *Ledenrar.* Domino *Hiltprando de Chambe* XIV. ſolidos & equum pro eodem predio. *Henrico* & filie *de Vrindorf* dedi VIII. talenta & dimidium pro agris & pratis ſuis, *PERTHOLDO aduocato* noſtro aſtante, & prebendam uſque ad finem uite ſue, & duos filios eius in monaſterium ſuſcepimus. *Blaſſemperge* predium unum abbas Dietricus emit uſque ad XIII. ſolidos, quos ego * propterea perſolvi. *Tymansdorf* predium unum emi cum VI. talentis. H. r. t. s. *Adalbertus de Houedorf & frater eius Gozpoldus. Gotepolt de Menna. Chounrad de Menna. Siglohus de Velberch. Eppode Urſenpach & frater eius Marchvvartus.* & alii quam plures.

Eberhard de Poppencelle dimidium manſum depoſuerat *abbati Dietrico.* Ego eundem manſum datis X. ſolidis & tribus modiis ab eodem *Eberhardo* & filio ipſius abſolvi, & in manu *PERTHOLFI Comitis* delegatum optinui.

Pro optinendis prediis *Domini Gotepoldi de Menna*, *Gotefrido* & *VVolkmaro* filiis ſororis ſue dedi VIII. talenta ad ſedandam eorum querimoniam, licet iniuſtam, & *comiti PERTHOLDO* quinque talenta pro adiutorio, preſente *epiſcopo ratisponenſi*

* Nempe *Wolframus* Succeſſor.

nensi EBERHARDO ** *& prefecto Mezil de Valchenstaine* eiusque coniugi pro parte eiusdem predii sibi usque ad finem vitae promissa pro redemptione vitalis pacti V. talenta, & vaccam optimam tradidi, iubente *PERTHOLDO aduocato. Richize* quoque *Domni Gotepoldi concubine* pro simili conditione XIV. solidos dedi, & Dno. *Gozpoldo de Hovedorf* suisque filiis pro hac ipsa parte contendentibus dimidium talentum dedi. Domno *Christiano de Haimburc* VI. talenta tradidi pro predio in *Minnebach.* Ego vendidi predium unum IV. talentis, & aliud redemi in *Grube* a Dno *Burchardo de Haibach* XX. solidis. Vendidi etiam aliud predium *Pernhardo de Viehta* V. talentis, & emi pratum unum a Dno *Pernhardo de Mozzinge* VIII. talentis sub his testibus. *Gotscalch. de Halmehoven. Albertus de Steinperge & frater eius Gozpoldus. Chunrat de Menna Roudolfus de Menna. Adeloch de Tegrinbach. Pabo de Suvende. Gerloch de Pogen.* & alii quam plures. Quod idem *Pernhardus* cum fratre suo *Adalberone* post mortem *PERTHOLDI aduocati nostri* vi retraxerunt. coemi predium unum *Rute a VValdone & fratre eius* XIII. talentis. Redemi VII. jugera XII. solidis *Silchinge.* In eadem Villa V. Jugera ab Heinrico pro V. solidis.

N. LXXXII.

Pateat cunctis Fidelibus, quod quedam mulier de *Muckenwinchel Gertrud* nuncupata assumpto filio suo *Oudalrico* cum tribus filiabus suis quemdam famulum suum *Pernhardum* pro quinque denariis annuatim persolvendis ad altare S. Petri delegavit. H. r. t. s. *Oudalricus. Hainricus. Oudalricus. Ludwicus.* *Gun-*

** Eberhardus iste non nisi biennio præfuit, scil. ab anno 1165. ad an. 1167.

Gundelbreht. Chounrad. Dietloch. Houch. Otto. Pernhard. Hainrich. qui omnes de *Vriendorf* & de *Vurt* ſunt.

N. LXXXIII.

Notum facimus univerſis ſancte eccleſie filiis, quod Domna *Adelheit de Winzzer* de monaſterio S. Jacobi in Ratisbona, quod Schoti incolunt, in ſuperiori Villa, que dicitur *Winzzer* pro pondere novem talentorum manſum ſibi ſecundum iuſtitie tenorem comparauit, & quod eundem cum incola uiro, uidelicet *Alberto & uxore ſua Touta & filiis ſuis Chounrado & Heinrico, filiabusque ſuis Adelheit, Hadewic. Liukart. Perhta.* in proprietatem perpetuam Richarde nuru ſua, que cum ſuis liberis ad delegationem uocata fuerat, annuente, culta & inculta ſiluarum & agrorum, nec non & omnia domorum & perſonarum ſuppellectilia ſuper altare S. Petri tradidit, quod ſubſcriptis teſtibus, ſi neceſſe fuerit, probabimus *Eberhard de Welchenburc. Oudalrich. Eberwin. Ortouwin de Winzer. Pernhart. Marchuwart de Menna. Emiche. Ditmar. Hougo. Siguwin. Friderich. Heinrihe de Vourte*, aliique plures de familia S. Petri.

N. LXXXIV. Sub Gerardo Abbate an. 1179.

Ego *CHOUNO* dei gratia ratisponenſis eccleſie ſecundus epiſcopus. Omnium tam preſentium quam futurorum nouerit induſtria fidelium, quod quidam cenſualis cenobii de ſuperiori Alta, nomine *Rahewinus*, olim accepit cenſualem eccleſie noſtre, *Mathildam* nomine, de qua tres filios habuit. quod cum *Aduocato noſtro FRIDERICO* diſpliceret, auctoritate predeceſſoris noſtri beati memorie epiſcopi *CHOUNONIS*, & peticione confratrum eccleſie noſtre, conſenſu quoque predicti aduocati

in

in recompenſatione prediĉte *Mathildis* faĉtum eſt concambium. Quedam enim cenſualis prediĉti cenobii nomine *Gelda* cum tribus filiis ſuis ſuper altare beati Petri auĉtoritate *abbatis Loudegeri* prediĉti loci, cum univerſitate ſui conventus, & conſenſu ſimiliter ſui *Aduocati FRIDERICI* delegata eſt. * Et nos igitur eadem pietatis commutationem auĉtoritate noſtra confirmamus, & ratam haberi precipimus. Ne qua vero ſpiritualis, ſecularisue perſona hanc noſtri predeceſſoris, & noſtram commutationem immutare preſumat, ipſam multiplici teſtimonio munimus. Et ne a fide & memoria ſucceſſorum noſtrorum hoc concambium poſſit excidere ipſum noſtri officii banno confirmamus, & hanc inde Cartam conſcribi, & ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri. Huius rei teſtes ſunt. *HEINRICUS & OTTO comites de Ritenburc. ALBERTUS III. comes de Bogen. Oudalricus uice domnus. Sigehardus de Eberspount. Pertholdus de Menna. Roudegerus, Rapoto de Pilſtein. Hainricus de Horgenbahc. Gerhohc & Roudolf de Uramelisſperge. Chounno de Perndorf. Eberhardus de Welchenbourge. Rapoto de Pholingen. Altman & Engelbreht de Winzere. Fridericus Oſterman. Hainricus & Emicho de Uurte. Albertus de Schambahc. Chounradus de Silichingen. Chunradus & Gerhohc de Churnenburc. Meingoz & Rudolf de Calwenburc. Chunradus & Hartwicus de Zidelaren. Chuno de Pouhſe.* Aĉta ſunt hec anno dominice Incarnacionis MCLXXVIIII. pridie Kal. Aug. prope lucum, qui in vicinitate *Wiare* & *Huntzagele* eſt, & dicitur *Schahe.* Regnante *FRIDERICO* romanorum Imperatore preſente aduocato comite de *BOGEN*, in publico iudicio eius.

N.

* Vide Supra Num. XVIII.

N. LXXXV. Sub Wolframo Abbate ab an. 1184. — 94.

Pateat Dei & sancte ecclesie filiis, quod Domnus *Chuno de Chezznach* per manum *Christiani*, qui domum suam in *Ouzencell* vendidit, & se in castro *Volchenstein* postmodum locavit tempore Domini *Wolframi* abbatis ad altahense monasterium curtem unam in *Roetenpach* ob anime sue uxorisque sue *Walpurge* remedium tradidit, aliam in *Mating* pro tribus sibi talentis inpignoratam adjecit, & veridicorum testium, quorum nomina subscripsimus, testimonio firmavit. *Christian de Ouzencell. Albertus de Suezenbach. Otto, Waldo, Waltherus de Valchenstein, & eorum miles Fridrich. hecthvolk, Ludwicus, Perhtolt de Cheznach. Chunrat de Zidelaren.*

N. LXXXVI.

Omnium Christi fide imbutorum in memoria & custodia teneri desideramus, quod quodam anno Domnus *Waltherus de Valchenstein* expense & sumptuum habens defectum venit ad Domnum *Wolframum* altahensem abbatem, rogans, desiderantissimoque conamine petens, ut duas de redditibus suis curtes in inpignoracionem susciperet, & ei in unam in *Puzenhoven* XXVII. in alteram vero *Strazkirchen* XX. talenta accomodaret. Quod propter hominum insolenciam & futurorum anxietates propter timorem Dominus Abbas renuens odeo distulit, quousque assumptis *fratribus suis Ottone & Waltone*, adiunctoque *Hartwico de Zeholfing*, qui easdem curtes cum delegatoria justicia manu tenebat, secundo ad altahense monasterium veniens prescriptas Curtes non solum annuentibus sed etiam rogantibus fratribus suis cum manu predicti delegatoris sui Domno abbati ad iusticiam pignoris cum firma certitudine

ſtabilivit, omnemque fructum earum quamdiu inpignorate ſunt, cum ſubſcriptorum hominum teſtimonio in uſum eccleſie cedere permiſit. *Albertus de Schambach. Rugerus de Alburch. Waltherus & Waldo de Valchenſtein. Reingemarus de Winſenveld. Gozpreht de Wezzenzell. Rudolf de Chalenperge. Rudigerus de neuenchirchen. Ortwin. Wallær de Richerſtorf. Rudolf de Strazzchirchen. Meingoz de Hornberg. Rutlant. Pouhſe. Pertholt de Mozing. Chuno de Pilna. Chunrat de Zidelaren & filius eius Hartwicus. Chunrat de Ahauſen. Otto de Welſting. Hugo de Sumbreſtorf. Gerhoh de Vramlichſperg. Heinrich & Rudolf de Horenbach. Gozpolt de Schonawe. Hiltpolt de Ozzing. Albreht de Satelbogen. Arnolt & Rudolf de Schwarzach. Ulrich de Waltendorf. Wolfram de Wezelscelle.*

N. LXXXVII.

Boni & iuſti facta ſua idcirco ſcripto commendant, ne mali homines liberos habeant aditus ad infringendum factum vel ſtatutum eorum. Quidam miles fuit *Eberhardus* nomine de *Chunegeſa*, poſſeſſor duorum prediorum, quorum Salmannus extitit *Chuno de Chezenha*, unum prediorum fuit *Tiufenbach*, alterum *Velberch*, que prefatus miles conſenſu uxoris ſue & filiorum ac filiarum, & omnium parentum ſuorum Domno *Wolframo abbati ſuperioris altahe* vendidit, & Domnus *Chuno* Salmannus predictorum prediorum poſuit Salmanniam in manus Dni *Ottonis de Valchenſtein* ad cuſtodiendum præfata predia eccleſie Sci Petri ſuperioris altahe. Huius rei teſtes ſunt *Chuno* de *Perndorf. Alram de Iſerhoven. Chuno de Chezenha. Pertoldus & Fridericus de eadem villa. Chuno de Steina. Rutliep de Rote. Otto & Frater eius Dietricus de Waſen. Chunradus*

dus

dus de cidelarn. Hartwvicus & frater eius Dietricus de Mutenha. Rugerus de Hunzagel. Vdelrich de Wintinge. Chuno de cidelarn. Heinricus de Vilse. Wernhart von Heresinge. Dietricus von cincendorf. Vdelrich von Mozinge. Chuno Clusi. Otto de Valchensteine. Eberhart & filii sui von Diepoltesrute. Fridericus Pomvaz. Rudolf von Sbhvvarzha.

N. LXXXVIII.

Sciant omnes fideles, tam futuri quam presentes, qualiter *Hartmannus de Velchirchen.* manu sua tradidit ad altare S. Petri pro remedio anime sue, libere absque contradictione in presentia Dni *Wolfframi* abbatis altahensis, & in presentia *ADALBERTI Comitis de Bogen*, qui est aduocatus loci illius. Et hec sunt nomina prediorum. In *Ekkchardescelle* predium, in *Prambach* predium. in *Chagere in Phuendorf* tres curias. In *Cidemaringen* novale & area. predium unum in *Chaphelberg.* predium unum in *Sazze.* Vineam in *Hovedorf.* in *Penning* V. iugera & dimidium. in *Hovedorf* mansum unum. In *Matingen* mansum unum & predium. Molendinum in *Mutinha.* Predium in *Gerarhartescelle.* Molendinum in *Tichlinge* cum curia una, & omne quod habet in *Tichlinge.* Pratum in *Hornezdorf.* predium sibi inuadiatum *Hagencelle.* predium in *Vilhalmscelle.* dimidium mansum in *Hovedorf* & mansum integrum. Predium in *Praintenouvve.* Predium in *Immenhoven* situm. Molendinum & curtem in *Mutenha.* Predium in *Chluchinesperch*, & aream, quam *Gotfridus* habet. Si quis autem inspirante diabolo hanc Tradicionem inquietare presumserit, auctoritate Dni nostri per merita S. Petri Ap. sciat se esse excommunicatum. Hi sunt testes fideles in Christo huius traditionis. *ADELBERTUS Comes.*

Gotefchale & *frater fuus de Hahenchoven. Huch de Simebrehtes-dorf. Fridericus Ofterman. Altman de Helmgerfperge. Ebo de Gerhartes chirchen. Pehrtolt de Menna. Sivrit de Guenvvifen. Chunrat* & *Gozpoldus. Gotfrit de Scounouvve. Gozpolt de Hovedorf. Marqnart de Erpkolcelle. Gerhoc* & *frater eius de framerichesberh. VVernher de Miterchirchen. Rudiger , Sigeloch de Velberch. Reinolt de Steina. Rudolf de Tegernbach. Hartvvic de Liucendorf. Otto de Vochencelle. Arnolt de Svvarzha. Friderich* & *Meinhart de Vezvvinesdorf. Hilpolt* & *Perhtolt de Oringen. Megengoz de Punzendorf. Hartvvich de Zidelarn. Rapot de Phaling. Ruprecht de Snudingen.* & alii quam plurimi.

N. LXXXIX.

Nofcant cuncti fideles tam futuri quam prefentes, quod Domnus *Heinricus de Gozpoldecelle* tradidit predium fuum in *Ouffepach*, & in *Riede* fitum pro remedio anime fue, nec non parentum fuorum Sco Petro in fuperiori *Altahe* libera poteftate & fine omni contradictione in ufum fratrum, & omnium ibidem Deo & Sco Petro fervientium, & hoc per manus *Chriftiani de Oucencelle*, & *Heruuici de Poberansdorf*, quoniam ipfi funt ipfius predii Salmanni. Hec delegatio facta eft tempore *VVolframi abbatis*, & Domni *ADELPRETHI advocati*. Huius trad. t. s. *Chriftian de Oucencelle. Heruuich de Toueransdorf. Magens de Gozpoldcelle. Hartliep frater eius. Huch de Chuncelle. Otto de Oukenbach. Pertholt, Chunrat, Gerhoch de Keznna. Reginbot de Sazza. Chunrat de Gorf. Pertholt de Strubing. de famiiia S. Betri Dietmar. Rapot. Otto. Engilfcalch. Pertholt. Rudeger.* & *Heinrich de Frigendorf. Heinrich. Friderich. Tagno. Emicho.*

N. XC.

N. XC.

Notum esse cupimus tam futuris quam presentibus, Domnum *VVolframum superioris altahe abbatem* concessisse *VValthero de Valchensteine* super curtem *Lina* sexaginta talenta, quo facto dies est instituta in loco, qui dicitur *Arra*, quatinus ipse *VValterus* adductis fratribus suis tribus, ceterisque quam pluribus de genere sue militibus stabiliret & confirmaret huius modi actionis causam, quo ab omnibus conlaudata & confirmata, Domnnus Abbas accepit predictum predium de manu *VValdonis*, quoniam ipse huius predii Salmannus fuit, & delegavit in manum *fratris sui Ottonis* ad observandum & defendendum Sco Petro & fratribus inibi Deo seruientibus. H. r. t. f. *VValdo. Otto. VValther. Eberhart. Hartvvich de Mutenha. VVirnt de Prenberch. Berneger. Sprunc. Elmvvich. Chuno de Ruderatescelle. Chuno de Hervvigisriute. Chunrat uon VVisentuelden. Marchaart von Engilpoldescelle. Otto uon VVacemanescelle. Engilscalch trinclarer. Chunrat uon Arra. Gozvvin Pacheshals. Herman uon Mutenha. Hartvvich. Altman de eadem villa.*

N. XCI.

Celestis Sponsi filii audiant, & in memoria teneant, quod Dnus *Libhardus*, qui de sobole & natione *Valkinsteinensium* decens & habilis miles fuit, eodem anno, quo secundum seculi huius ritus in armis valde iuvenis adhuc floruit, Deo permittente infirmari cepit, amicisque suis ad se collectis, & annuentibus illis, Vineam unam in monte, qui dicitur *VVartberc* principi apostolorum in *altahensi* monasterio tradidit, ip-

ſumque traditionem per manum Domni *ALBERTI*, *qui eo tempore in Ratispona prefectus urbis extitit*, bona & fideli intentione confirmavit. Quo facto predictus *Libhardus* bonam relinquens memoriam ad Chriſtum migravit. Et non poſt multum tempus *univerſi Bauvvarie Principes in Pladlingen ad condictam curiam venerunt*, Domnusque *VVolframus* eiusdem monaſterii abbas eo veniens prefatam vineam coram Domino *CHUNRADO* (*II.*) *ratisponenſi epiſcopo*, coramque *advocato bogenſi comite*, videlicet *ALBERTO* (*III.*) in manum Dni *Sigehardi de Eberſpoint* eccleſie ſue ſervandam delegari peciit, & ut futuris temporibus eadem delegatio rata fieret, ſubſcriptis teſtibus confirmavit. *ALBERTUS comes de Bogen. ALBERTUS de Ratispona. Vdelricus vicedomnus. Sigehardus de Eberspounte. Liebhardus de Riute. Chunradus de cidelaren. Ottto de Valchenſtein. Gozvvin de Hiubreteschoven. VValther. & frater eius de Chamerdorf. Havvart de Niufar.*

N. XCII.

Vniverſis Deum colentibus notum & manifeſtum eſſe deſideramus, qualiter *Domnus Oudalricus Strubingenſis eccleſiae proviſor* ſcientibus univerſis amicis ſuis decem agros inter *Stroubingen* & *Aiterhoven* ſitos, quos ipſe hereditario iure, proprietatisque iuſtitia poſſidebat, beato Petro *altahenſis* eccleſie Patrono, fratribusque inibi Deo ſervientibus per manum delegatoris ſui, uidelicet *Heinrici*, *qui dicitur longus*, ea de cauſa tradidit, ut ſui parentumque ſuorum digna deinceps ibi memoria haberetur, & quod eodem anno, & non amplius duobus liberis eius ſcilicet *Alrammo* & ſorori eius tria talenta inde ſolverent. Quam traditionem quidam de cognatione predicti

cti *Oudalrici* in irritum ducere uolentes, quos Domnus *Wolframus Abbas* ad presentiam Domni *Maingoti Advocati de Reine* tum benigne, tum etiam querimoniam faciens asscivit, & deinde cum consensu omnium Domni *Oudalrici* amicorum iteratam delegationem suscipiens, eamque de manu prioris delegatoris tollens, in manum Domni *Engilberti ab Einkelher* delegari postulavit. sane huius delegationis iterationem ideo fieri voluit, ne alicuius mali hominis suasione nova de hoc facto querela excitaretur, ut ne eadem oblatio, que cum fideli voto ecclesie collata est, abinde usurpative tolleretur. Quod factum subscriptis testibus roboratum est. *Puebo de Loizinchirchen. Meingoz iudex de Reine. Werhart de Herisingen. Rulant de Puchse. Chnuo & filius suus Erchinger. Wigolt Hartwic. Alhart. Nœnil. Oulricus. Gisilhart & filius suus. Oudalricus. Heinricus & Purchart de Heiterhoven. Otto. Oulric. Dietmarus.*

N. XCIII.

Hec sunt predia, que *Hartmannus de Veltkirchen* cum consensu *uxoris* sue *Willibirge* tradidit ad altare S. Petri, si absque liberis de hac vita migraverit. Predia autem hec tradidit in manus *Tagnonis de Rouderatiscelle*, videlicet apud *Hovedorf* quatuor mansus. *Wilehalcelle* predium I. *Gerratiscelle* I. *Vichte* I. *Cultinesperge. Franinesperge*, *Maetinaha* predium I. cum molendina apud *Wisingen*. Predium I. apud *Foiundorf*. Testes sunt *Mazilie. Engelscalch. cocus. Wolfram. Eberhart. Prambach* predium I. *Diehelingen* cum omnibus appendiciis suis, si filium non genuerit. Tradidit in manus *Routperti de Otrichesdorf* uineam unam apud *Ahedorf* per manus *Chunonis de*

Cede-

Cedelaren. uineam I. apud *Hovedorf* per manus *Hartwici de Tuphingen.* uineam I. apud *Wahelingen.* Predium I. *apud Matingen.* Per ſe ipſum tradidit Sco Petro Pratum I. apud *Hornizdorf.* Uxor autem eius, videlicet *Willibirg* ſpiritu pietatis inflata tradidit per manum *Aribonis de Manigoltingen* predium apud *Penningen* & ſex talenta. per manum *filii* eius *Ekkibrehti de Wihſe* tradidit I. predium *Immenhoven*, & decem talenta. Apud *Dichelinge* VI. talenta. Apud *Orambarch* VI. tal. Apud *Altahe* V. talenta. Apud *Chepſſingen* XV. tal. In manus *Burchardi* Predium I. apud *Cuntingen.* Harum omnium rerum teſtes ſunt *Marewart de Nuvenchirchen. Tiemo de Regelesmaizze. Suentbrant de Phaphenswante. Irmfrit de Prambach. Roudeger de Nuwenchirchen. Wezile. Sohſo. Adelbreht de Mammoldeſphelden. Oudalrich der lange. Gerwic de Regeleſmaiz. Chuno de Aſka. Wenhere de Rorbach. Gotpolt. Grumat de Adelbrehtesdorf. Friderich de Landoldeſperge. Hartwic de Atinaha. Aribo de Strazkirchen. Purchart de Chamerare. Waldo & Otto frater eius de Outilingen. Ekkibreth de Wihſe. Heinrich de Veltchircben. Routpreht & frater eius Heinrich de Fiſcaredorf. Bilgrim. Willehalm ianitor.*

N. XCIV.

Manifeſtum & notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, qualiter quidam *Oudalricus*, qui deuota intentione eccleſiam S. Petri diligebat, uxorem ſuam *Hazigam* cum tribus liberis ſuis, ſororesque uxoris ſue *Irmigardem*, & *Gertrudem* a ſeruitute *Ludeuici* & *Meginhardi de Dietleibeschirchen*, quorum propria mancipia fuerunt, ſuis propriis nummis in libertatem redemit. Hos abſolutos per manus predictorum Virorum *Lud.* & *M.* ſuper alta-

altare S. Petri manifeſtiſſime & diſcretiſſime delegavit tali pacto, quatenus ſingulis annis V. den. ad cenſum perſolvant. Huic negotio adhibiti ſunt teſtes idem *Lud.* & *M. Ricpert de Dietrichſteten. Willehalm de Pernbarch. Marchuart Swarzh. Gundelpret. Marchuart. Rudemunt. Rudeger de Muegenwinchel. Dietmar. Perŋger, Fridebreht. Heinric.*

N. XCV.

Quoniam generatio preterit, & generatio advenit, cauta premeditatio modernorum utilia facta ſua ſcriptis confirmat, ne in oblivionem veniat poſteritati futurorum. Vnde notum eſſe uolumus cunctis fidelibus, qualiter quidam Miles nomine *Reutland* & *Adelpertus* filius eius de *Grizperge* acceptis a Dno *Wolframo* Abbate in ſuperiori Altha IIII. talentis in uilla, que uocatur *Wiſint* predii *Imnenhoven* cunctorumque prediorum, que *Hartmannus de Veltchirchen* cognatus eorum eidem monaſterio contradidit, a ſe & a filio ſuo, omnique ſtirpe ſua omnino abrenuntiationem fecit. Huius rei teſtes ſubſcripti ſunt *Rutlandus & filius eius adelpertus de Grizperge Waldo, & Loudewicus de Valkenſtein. Wolframus de Wizeren. Gotpoldus, Cuno, Meingoz de Hanawasdorf. Loudewicus de Hagenpoach. Heinrich, Pertoldus de Sconeneich. Otto. Roudigerus, Wernherus, Liutoldus, ſerui abbatis de Altha ſuperiori.*

N. XCVI.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti tam futuris quam preſentibus, quod nobilis femina *ALHEIDIS ſoror Dni PERHTOLDI in Mittervels* tradidit ad altare S. Petri Apoſtoli omni

contradictione remota predia sua in *Crizenchirchen* culta & inculta, tam in siluis, quam in pratis, simili modo, quo pro remedio anime sue in *Melbach* II. curias & molendinum eidem altari contradidit. Hec autem omnia facta sunt assensu *Comitis PERHTOLDI*, & hoc videntibus quam pluribus ministerialibus suis. Huius rei per aurem tacti testes sunt *Reinoldus de Steina. Heinricus de Cidelaren. Heinricus Schcubine & frater eius Marquart. Herman de Friendorf. Wolfram Judex. Walther, & Heinricus. Conrat. Hartwic. Otto de Otrochespuchel.* & alii quam plures.

N. XCVII.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam modernis, qualiter ego *ADELHAIDIS de Runtingen* delegavi ad Altare Sancti Petri Apostolorum Principis Patroni superioris Altahensis Cenobii potestatiua manu pro remedio anime mee, & Parentum meorum quandam ecclesiam *Crizenkirchen*, nominatam ea scilicet lege & iure, ut de claustro supra dicto perpetuo diuina misteria ibi celebrentur. Acta sunt hec sub *Abbate Wolframo* coram *Comite ALBERTO* ipsius loci advocato. Huius rei testes subscripti sic recitantur. *Gotschalcus & Berchtoldus de Haunhouen. Hugo de Sumprehtstorf. Fridericus Osterman. Gerhogus de Fremensberg. Rudolfus de Tegernpach, Eberhardus de Welchenberg. Berchtoldus de Mitterfels. Gospoldus de Nussperg. Berchtoldus de Hofdorf. Berchtoldus de Steinberg. Gospoldus & frater eius de Schönnaw. Gospoldus de Kunzel. Hainricus & Hertwicus frater eius de Peilenchofen. Rudolfus de Pfale. Ulricus de Schäwbing. Sighardus de Steten. Diettmarus Preco. Hainricus Hausrüd. Fridericus, Ulricus*

ricus, *Bernhardus*, *Ludvinus*, *Gößwinus de Crizenkirchen.* *Hiltpoldus & Conradus de Straſs.* *Wolframus de Mennach.* *Berchtoldus Ruſticus.* *Rugerus de Mennach.* *Engelſcalg.* *Hainricus faber*, *Marquardus & Renoldus de Buchperg.*

N. XCVIII.

Pateat univerſitati fidelium, qualiter quidam *Rahewinus de Phoelingen* quoddam beneficium in *Riprehtsdorf* a Domno *Wolframo abbate in ſuperiore Altaha* conquiſiuit ad cenſum XXIIII. nummorum, vel Biſcium tanti precii, quoadusque vixerit, ſiue heredem habuerit, ſiue non, idem beneficium Cenobium in ſuperiori Altaha rehabere debet. H. r. t. ſ. *Otto de Valchenſtein.* *Pruno de Viſcherdorf.* *Meingoz de Chalenpach.* *Cunradus prepoſitus de Bogen.* *Heinricus de Wizensfeld.* *Vlricus & Arbo filius eius*, *& Liutwinus de Riprehtsdorf.* *Dietmarus.* *Rudigerus.* *Engilſcalcus.* *Hugo.* *Werherus de Vurte.*

N. XCIX.

Vniuerſe ſancte eccleſie cognitum eſſe deſideramus, quod *Leo* adhuc puer filius *Gerlohi prepoſiti de Bogen* poſt mortem patris ſui, cum *matre* ſua *Gertrude*, ceterisque amicis ſuis venit ad *Domnum Volframmum Abbatem* obnixe poſtulans & rogans, ut in *Velberc* curtem, quam pro beneficio habebat in pignore pro quinque talentis ſuſciperet, & eam tanto tempore cum omni attinente commoditate uſualiter eccleſie ſue ſervaret, quoadusque predictum pondus talentorum ſibi, vel ſucceſſoribus ſuis reſignaret. Hac itaque predictus Abbas prece victus, *Leoni*, eiusque matri ſuperius notata quinque talenta accomodavit, & hec pactum, ne ab aliquo homine irritetur,

ſubſcriptis teſtibus confirmavit. *Gerhohc de Vramricheſperge. Alman de Winzere. Hainrihc Dapifer. Pilgrim. Meingoz. Otto de Erilbahc. Arnolt. Perhtolt. Sigelohc de Velbere. Gozpolt de Sconawe. Wolfram de Wezzeſcelle. Hainrihc de Hanzencelle. Vlrihc de Ekkehareſcelle.*

N. C.

Notum ſit cunctis fidelibus, quod quidam miles *Blumriter, Sigehardus* nomine, tradidit ad altare S. Petri quamdam mulierem cum liberis ſuis *Wernpurch* nominatam cum filio *Purchardo* & filiabus *Richart*, *Juta*, *Hiltpurch* pro V. denariis annuatim perſoluendis. H. r. t. s. *Nithart de Heibach. Chunrat de Prenperch. Sibot de Vandorf. Diemar Preco. Rudiger. Ulricus & frater eius* Perhtolt. *Wernher.* Otto. *Engilſcalch. Marchwart trus. Heinrich ſnutte.* & alii quam plurimi.

N. CI.

Pateat cunctis fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Waldo de Vtelingen* in hora exitus ſui tradidit S. Petro predium ſuum *Wazemanesriede* pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum, & ut filius ſuus *Hiltprandus* ſacris litteris imbueretur, tali condicione, & tali libertate ſibi conceſſa, ut ſi uoluntarie in tempore etatis ſue ſub regula S. Benedicti viuere uellet, ſeruaret; ſi non, libere diſcederet, predium vero in perpetuum Deo & S. Petro ſeruiret. Hoc etiam affirmante coram filiis ſuis & amicis, ut ſi quis Abbas alicui ipſum predium in beneficium concederet abſque filiis ſuis, filii ſui aureum nummum ad altare S. Petri offerent, & predium in uſum ſuum contraherent. H. r. t. ſ. *BERHTOLDUS comes. Gebo de*

Rumars-

Rumarsfelden. Gerſchach de Hainchouen. Rudolph de Menna. Adepreth frater ſuus. Gozpold de Hovedorf. Hertwicus Rouit. Pabo de Swende. Chunrat de Menna. Waldo. Hugo de Sumbrehteſdorf. & alii quam plures.

N. CII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuriis, quod *Oudalricus* barochianus de *Haibach* emit predium unum *Cachenperge* ſitum cum uinea ab *Arnoldo* & matre ſua de *Perhardeſdorf*, & delegavit in manus *Burchardi de Tiufenbach* tali condicione, quatenus ipſe ſibi & S. Petro, cui hoc mancipauit, reſeruaret, quandocumque ammonitus in altare S. Petri contraderet. Cum autem *Burchardus* proximus eſſet morti, *Oudalricus Wolfmarum de Erfuoldeſcelle* adduxit, eodemque modo eandem delegationem in manus ſuas tradidit. *Wolfmaro* vero laborante in fine mortis ſue, *Oudalricus* priſtinam delegationem in manus *Dietrici de Rugendorf* contradidit. Huius rei t. s. *Hartmannus de Ueltehirchen. Ortolf de Haſelbach. Heinrich de Frindorf. Pilgrim. Pernolt. Ditwin. Marchwart de Rut. Ditrich. Iſinrich.*

Emit *Oudalricus* & aliud predium *Haſelpach* ſitum IIII. talentis a *Pernardo de Chungiſa. emit & unum Tiufenpach* ſitum a *Pabone de Uramried.* ſed & illa ſuper altare S. Petri tradidit. Cum ita bene circa ſalutem anime ſue *Oudalricus* ageret, cogitavit, ut hoc eſſet ratum, quod fecit. Adduxit *BERTHOLDUM comitem aduocatum* huius loci, & delegavit in manus ſuas ſupra memorata predia. Qui *PERTHOLDUS* peticione *Oudalrici* delegavit illa ſuper altare S. Petri. H. r. t. s. *Ipſe PERTHOLDUS comes. Gotſcahlc de Hainchouen. Rudolf de Menna.*

na. Pabo de Swende. Adelpreht & frater ſuus de Hovedorf. Chunrath de Menna. Hartwic de Swarzha. Gerhous de Uramrich. Alhoch de Tegernpach. Heinricus. Rudolfus de Horginpach. Heinricus de uirndorf. Wirnt. Burchardus de Haibach. & alii quam plures.

N. CIII.

Noſcant cuncti fideles, tam futuri, quam preſentes, quod *Domnus Hartmannus de Ueltchirchen* delegauit ſuper altare S. Bartholomei quedam predia ſua, ſcilicet in *Havedorf* manſum unum. predium in *Metingen.* Molendinam in *Mutina.* Predium in *Gerhartheſcelle.* Molendinam in *Uechelingen* cum curte una. Pratum in *Hornzdorf.* Predium ſibi poſitum *in Hagencelle.* Predium in *Willehalmeſcelle.* dimidium manſum in *Houedorf.* manſum iterum *Houedorf.* Predium in *Titmaringen* cum tali condicione quatenus annuatim fratribus ibidem Deo ſervientibus in feſtiuitate S. Bartholomei refectio optima ammíniſtretur. Predium in *Pratenouwe.*

N. CIV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Domnus Harthmannus de Ueltehirchen* tradidit S. Petro predium in *Menhouen* ſitum ea conditione, ut nepos ſuus *Gozwinus* ſinguli annis accenſum XV. denariorum in pondere eccleſie offerat. quod ſi non exſoluet, excluſo omni prolis ſue iure in uſus eccleſie redibit. H. r. t. ſubſcripti s. *Nobilis liber Arnolt. de Bouchhuſen, eiusque proprii milites Heinrihc, & Dietrihc. Chouno de Berndorf. milesque eius Chuno. Gozpolt de Swarza.*

N.

N. CV.

Notum ſit cunctis fidelibus, quod quedam mulier *Gnanewip* nomine ſe ipſam cum liberis ſuis libera manu ad altare S. Petri tradiderit ea de cauſa, ut ſingulis annis V. denariorum cenſum perſolvant. Nomina autem filiorum hec ſunt. *Marchwart. Heinrich. Vlrich. Chounrat. Hartwich & Gozwin.* filiarum vero *Perhta. Liukart.*

Ipſa die quidam *Sibot* & uxor *Adelmout* tradiderunt S. Petro quemdam *Heinricum* nomine ad cenſum V. denariorum ſub teſtibus utrarumque rerum quorum nomina hec ſunt. *Eckehart. Gebehart. Perhtolt. Dachſperth. Heinrich. Marcwart. Rapot. Huswart. Emicho faber. Friderich. Tageno. Sigwin. Heinrich. Volchmar & filius eius Adalpreht.*

N. CVI.

Nouerint cuncti fideles, quod quedam mulieres de *Aiterhofen* ſe ipſas cum omni ſobole ad altare S. Petri tradiderunt ea ratione, ut V. denariorum ſingulis annis cenſum perſolvant. Nomina earum hec ſunt. *Lukart. Chuniza. Perhta. Jutta.* Huius delegationis teſtes ſunt. *Walther de Ualchenſteine. Orthliep de aiterhofen. Marchwart. Perhholt de Menha. Heinrich & Heinrich de friendorf. Sigwin. Fridrich. Dietmar de furte.*

N. CVII.

Uniuerſe notum facimus ſancte eccleſie, quod *Domnus Hartmannus de Veltkirchen* predium ſuum *Dihclingen* nuncupatum per manus cuiusdam *Yſenrici de Novenkirchen* S. Petro

&

& Fratribus, qui in Dei & eius ſervitute in *ſuperiori Alta* degunt, tradidit, & neceſſariis teſtibus quod fecerat, confirmavit.

Factum eſt autem, quod idem Iſenricus ſenio gravari cepit, quod videns Domnus *Hartmannus* conſultu amicorum ſuorum, & fratrum noſtrorum peticione, idem predium de manu euisdem *Iſenrici* recepit, & cum iterata & renovata delegacione per manum Domni *Alberti de Satelbogen* ſancto Petro, ſibique ſervientibus, ſicut ſupra diximus, reddidit, & ſubſcriptis teſtibus confirmavit. *Roulant de Grizperg. Rapoto & Liebhart de Satelbogen. Hotfrid filius eius. Bernger & Iſenriche de Novenkirchen. Albreht de Turdelingen. Dietrihc de Vichſcaredorf. Dietmar, Chounrat* & *Otto de Vurte. Helmwic de Moutenaha.*

N. CVIII.

Notum ſit omnibus, tam preſentibus, quam futuris, qualiter *Hartmannus de Veltkirchen* Uineam ad altare S. Petri delegavit in uſus pauperum. T. h. r. s. *Cunrat. Gotpolt. Altolf de Menna. Heinrich. Otto. Dietmar. Cunrad de Frigendorf. Rapot de Halburc. Heinric Curzhals.*

N. CIX. Sub Gotpoldo Abbate circa an. 1194.

Quia provida diligencia modernorum precavere ſolet, ne utilia facta ſua memorie excitant futurorum, Vniuerſitati fidelium notum eſſe uolumus, quod quidam Nobilis & militaris Vir *Waltherus* nomine de *Valchenſtein* miniſterialis eccleſie S. Petri Ratisponenſis Epiſcopatus tria predia tribus vicibus monaſterio in ſuperiori Altah depoſuit, Predium *Lienah* pro ſexaginta V. talentis. *Puzenhoven* pro XXVII. *Erle* pro XXX. Poſtea vero, cum unum de prediis illis, videlicet *Linah*, pro quodam ſibi

ſibi imminente negocio omnino vendere diſpoſuiſſet, prefati monaſterii *Gotpoldus* abbas communicato cum fratribus conſilio predium *Erle* predicto militi reſtituit, triginta talenta, pro quibus ipſum predium depoſitum fuerat, ſuper predium *Linah* tranſtulit, quod fuit nonaginta quinque. XXX. aliis talentis ſuper *Puzenhoven* retentis.

Ad confirmacionem itaque huius rei in quodam placito *PERTHOLDI comitis de Bogen* delegationem predii *Linah*, que ſita erat in manu ſepius dicti *Waltheri*, rogatu prefati Abbatis, idem *Waltherus* in manum *Chunradi de Wiſentvelt* delegavit tali condicione, ut dum adhuc vivat certo tempore idem predium redimere liceat, poſt obitum vero eius, ſive heredes habeat, ſive non, nulla prorſus racione vel redimi, vel predicto monaſterio ſurripi ualeat, vel debeat. Huius rei teſtimonio adſtiqulantur *BERTHOLDUS comes*, *Hugo deSumbrehtſtorf. Pertholdus de Mittervels. Pertholdus de Steinberch. Pertholdus de Hovedorf. Gozpoldus de Nuzperch. Gozpoldus de Schoenawe. Gerhohus de Framrichiſperg. Heinricus de Pfoeling. Rudolfus de Welchenberch. Gerhohus de Naternberch. Ebo de Moſe. Bero de Vurlbach. Albertus de Scambach. Reinodus de Steina. Rupertus de Moſdorf. Pertholdus de Penzinchoven. Pertholdus de Pure. Alram de Taurichindorf. Marquardus de Erpholdeſcelle. Hartwicus de Muetenah. Chunradus de Wiſentveld. Reimarus de Wiſentveld. Albertus de ſua eccleſia. Dietricus de Eitperg.* & alii quam plures.

N. CX. Sub Abbate G. circa an. 1159. vel 1194.

Noverit tam preſens etas, quam futura poſteritas, qualiter *Adeloch de Harde* agrum quemdam ſitum in eodem loco ab

abbate G. (*Gerardo* vel *Goppoldo*) data pecunia sexaginta denar: sibi & nepoti suo C. in beneficium acquisierit, eo modo, ut quamdiu ipse & nepos eius uiueret, absque omni contradictione in sua potestate permaneat. H. r. t. s. *Heinricus*, & *Heinricus*. *Wernher*. *Rahewin*. *Hartwich*.

N. CXI. circa an. 1200.

Christiane fidei notum & manifestum esse uolumus, quod *nobilis Princeps Uohenburgensis marchio BERTHOLDUS Domno Baboni de Hetsteine* tante amplitudinis in Ratispona locum, in quo domus construi deberet, in beneficium concessit, eique post paucos deinde annos eundem locum prorsus in proprietatem tradidit. Predictus autem *Pabo* in eodem loco electam sibi domum edificare precepit, & eam ecclesie nostre, quam uehementer dilexit, tam Marchionis, quam propria manu in proprietatem tradidit. Et ne alicuius occasionis scrupulus exinde oriri possit, subscriptorum testium attestatione confirmavit *PERTHOLDUS Marchio de Uohburg*. *Heinrich de Tolenz*. *Chounrat Troest*. *Pabo de Hetsteine*. *Marquart de Grounhartes-houen*. *Mainhart de choustingen*. *Etiht de Chalwenburc*. *Rupreht de Wocelendorf*.

N. CXII. Circa an. 1207. 122

Nouerit uniuersitas tam presencium, quam futurorum, quod *Comes PERTHOLDUS de Bogen* profecturus Jerosolymam ea specialiter preordinare studuit, que ad salutem anime sue sibi profutura speravit, & sancto Petro in superiori Altah quatuor predia *Zeinerhartsteten*, *Iugnaren*, *Haide*, & molendinum *Louse* ad persolvenda a Domno *Gerhoho de Fremersperg* pro V. talentis & feudum *sant*, quod nobis inpignoratur a Comite Pertholdo pro quinque talentis & quatuor marcis argenteis. Huius rei testimonio adsti-lan-

pulantur *Heinricus Pfolingar. Rudolfus de Welchenberch. Heinricus de Zidelarn. Pertholdus. Chlaphſchinch* & alii quam plures.

Hec ſunt predia que nobis retinuit *PERTHOLDUS comes* potenti manu. *Ruchperge* tria predia. in *ſuperiori Ruchperge* curtem. *Vtenhoven* curtem. *Waſſenperg* curtem. *Cedemhove* curtem. *Chager* curtem. Vineam. *Tailſteten* curtem & pratum in *Tannawe*, & ſilvam *Stege.* curtem in *Mennah.*

N. CXIII. Sub Conrado I. Abbate. an. 1221.

Nouerint univerſi in Chriſto fideles hanc paginam contemplantes, quod *Luitpoldus* (*Goppoltus*) *Abbas* neſcio qua inſtante neceſſitate curiam apud *Chezna* cuidam *Henrico de Zidelaren* pro VIII. talent. obligavit. Poſtpoſito itaque prefato *abbate Liutpoldo* (*Goppoldo*) iam dictus *Heinricus* pro remedio anime ſue & obdilectionem *nuper electi abbatis Chunradi* poſt deceſſum prememorata VIII. talenta ſancto Petro & proviſori ſuo remiſit, & ad indicium eiusdem rei annuatim XII. nummos S. Petro perſolvit.

N. CXIV.

Nouerit Univerſitas tam preſencium quam futurorum in Chriſto pie vivencium, quod Dns *Chunradus Abbas* cum conſenſu confratrum ſuorum tam ſeniorum quam iuniorum inſtante tante neceſſitatis periculo, ſcilicet de perſolvenda viceſima, ſicut Dominus ratisponenſis Epiſcopus iniunxit & exigebat, cuidam *Heinrico de Sant* Villam, que dicitur *Poracelle* cum adtinenciis ſuis tam in ſilvis quam in pratis, tam culta quam inculta pro X. libris obligavit, ea videlicet convencione, ut quocumque modo, preſatus *Heinricus* iam dictam villam

melioraverit, aut insuper erogaverit, in redempcione dudum dicte Ville dampnum prememorato *Heinrico* restituatur. Est autem Ville tempus redempciouis singulis annis ante festum purificationis beate Virginis. Sepe dictus itaque *Heinricus de Zant* qualicunque morte decesserit, sive preoccupatus fuerit, pro remedio anime sue in obligata sibi decima in *Christanescelle* V. talenta remisit. Huius rei per aurem tacti testes sunt *Fridericus de Zant. Heinricus de grube, & serviens eius Dietricus, Wolfram de Mitterdorf. Familia Abbatis. Heinricus pataveusis. Engilscalcus. Rudigerus de Hetzœr. Vlricus cursor. Heinricus Photer Chunradus calciator.*

N. CXV.

Nouerint in Christo pie viventes, tam posteri, quam presentes, quod quidam vir militaris *Hermannus* nomine, & in *Friendorf* habitatio eius, predium quoddam comparavit, quod & per manum delegatoris ad cenobium S. Petri in superiori Altah hac sub forma contradidit, ut annuatim de prefato predio censum sacriste persolvat, videlicet XXXV. denarios, & quod post decessum ipsius prememorati *Hermanni* iam dictum predium sit salvum tam in censu, quam in redditibus ab omni querimonia tam uxoris, quam parvulorum. Est antem situm predium in *Eblingen* & in redditibus circa formam sex solidorum. Huius rei per aurem tacti testes sunt *Meinhalmus de Patavia, & filius Heinricus. Rupertus delegator huius predii de Torhaim & servus eius Pertholt. Albertus scriba. Chunradus de Vohenluger. servientes abbatis. Engilscalch. Heinricus. Rudigerus dictus Hetzœr. Heinrich. Ulrich. Ulrich de Furt. Hartwich. Albertus.* Gotpolt. *Rudigerus. Heinrich Photer. Sumolt cocus.*

Item

Item *Hermannus* idem habens obligatum predium a *Chunrado Abbate* pro duabus libris, quod & poſt deceſſum ſuum pro remedio anime ſue S. Petro & proviſoribus ſuis remiſit. Quicumque itaque Dominus Abbas obligatum abſolvat predium, ut & ipſe iam dictus *Hermannus* prefatas duas libras ad uſum conferat abbatis & Dominorum.

N. CXVI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam femina Juvencula *Elizabet* nomine quemdam famulum ſuum *Hartwicum* ad altare S. Petri pro perſolvendis V. nummis omni remota contradictione contradidit. Huius rei teſtes ſunt *Hermann de Friendorf. Hertwic de Bogen. Chunradus de Vohenluege. Chunrath dictus laberœr. Chunrath calciator, Rudigerus de Furt. Hertwicus in Pomario. Wolfram quidam Judex. & alii.*

N. CXVII.

Cum non ſit priorum memoria, nec eorum quidem erit recordacio apud eos, qui futuri ſunt, niſi ſcriptis commendentur, ea propter Vniverſitati fidelium ſignificamus, quod non ſolum abbas in ſuperiori altah, & conuentus eius, ſed & eorum predeceſſores tam abbates, quam & confratres non ratione hominii, ſed ex gratia & beneuolencia, quam ab ipſis aſſecutus fuerat, curiam in *Ceſſnach* & unam in *hard* & unam in *Teufenbach*, & vnam in *Reiberge*, & unam in *Hachenperg* & unam in *Mertann Heinrico in Cidelarn* tali condicione contulerunt, ut quamdiu viveret in corpore, fructus inde provenientes in vſus ſuos recolligeret, poſtquam vero debita mortis perſolveret, eadem predia libere & ſine omni contradictione amicorum ſuo-

rum ad feruitia altahenſis eccleſie ſuperioris recurrerent. Cum vero mors ſit certa, & hora mortis nihil incertius, timens iam dictus *Heinricus*, quod fratres in altah Deo militantes aliquam fuper his incurrerent iacturam, in preſencia Domini fui (Alberti) *comitis in Pogen* publicavit, & ad corroboracionem ipſorum Sigilli ſui impreſſione conſolidavit. Teſtes *Heinricus de Phöling* & alii quam plures.

N. CXVIII. Sub Erneſto Abbate circa an. 1232.

Nouerint univerſi fideles tam preſentes quam poſteri, quod *Vlricus de Rain* tranſmarinas partes volens proficiſci, quoddam beneficium *Aetingen* dictum *Paldwino conſobrino ſuo*, quod proprietario poſſidebat iure a cenobio *ſuperioris Alte*, reſignavit tali modo, ut ipſe *Baldwinus* annuatim predicto monaſterio quadraginta caſeos perſolvere debeat. Quod pactum ſepe dictus *Baldwinus* tempore *Erneſti* eiuſdem loci *abbatis* renovavit, & iam dictum beneficium ſibi & filio ſuo *Heinrico* ſub eodem pacto in veram poſſeſſionem optinuit. Et ne alicui dubium videatur, ſed omnibus conſtet, preſentem cedulam ſigillo abbatis & eiusdem loci chori roborari humiliter exoptavit. Hoc teſtantur *Hartwich officialis de Rain. Heinricus Troſt. Hartheimus. Friderich de Lena. Vlrich Scheunwek. Goteſcalch. Huber.* praeterea totus conventus ibidem.

Cenſualis *Diemudis*, filia ſororis *Leukart* villice de *Gahſteten*, que genuit *Gotfridum*, *Matzam*, *Leukardem*, *Perhtam*, & *Liutpoldum*.

N. CXIX. Sub Udalrico Abbate ab an. 1245. — 47.

Gebhardus Morſcalcus (de Menaha) cum eſſet per infirmitatem detentus, reſignavit omnia bona iniuſte poſſeſſa & com-

commiſit Vxori ſue, & filiis ſuis duobus, quod omnia bona reſignarent poſt mortem ſuam, quecunque ab eis iuſte & cum iuſticia repeterentur. quod & Vxor eius & ambo filii ſpoponderunt. Teſtes ſunt *Joannes Abbas de Winnberg. Vlricus Abbas de Altah* & conveutus ibidem. *D. Ebo de Turdeling. Hartwicus de Eiah. Vlricus Sagittarius.* & hanc litteram ſigilli ſui munimine roboravit.

N. CXX.

Nouerint uniuerſi Chriſti fideles, quod quidam miles *Chunrad* nomine ſervum quemdam. Chunradum nomine pro perſolvendis annuatim V. denariis ad altare S. Petri contradidit. Huius rei teſtes ſunt *Vlricus Abbas. Tymo Prior. Rutlibus. Tymo. Chunrad. Hermannus miles. Roeſſil. Engelſcalcus.*

Hic prenotantur filie *Cropharii* ſcilicet *Dimudis. Methildis. Hildegundis.*, que pertinent ad aram S. Petri pro quinque denariis ſolvendis.

N. CXXI. Circa an. 1246.

In Nomine Domini amen. Cum omnem cauſam memoria dignam ſcripture deceat robore confirmari. Nos *Vlricus* dei gratia abbas in ſuperiori Altah & conventus notum facimus univerſis preſencia inſpecturis, quod quidam *Iſenricus de Peſing & vxor eius Chunigundis* de curia una quam habent in villa *Radmanſperg* nobis & eccleſie noſtra ſolvere debent XII. denarios annuatim, ſimili modo heredes ipſorum ſiue alii facient, ad quas eadem curia iuſto modo de noſtra, uel ſucceſſorum noſtrorum conſcientia fuerit devoluta. Si uero ſine heredibus migraverint ab hac vita, predicta curia libere & integraliter ad noſtram ec-

ele-

clesiam pertinebit, nobis nostrisque successoribus iure proprietario seruitura. Ad cautelam igitur pleniorem duobus sigillis nostris presens est pagina roborata. Dat. apud *superius Altah* anno Domini MCCXLVI. Kal. Febr. Testes sunt Conuentus. Laici *Gotscalc de Pesing. Hermannus de Vriendorf. Hugo. Hermannus*, *filii eius*, & alii quam plures.

Anno Domini MCC.XLV. Monasterium in superiori Altah per incendium est destructum, proh dolor.

N. CXXII.

Quoniam igitur non est abs re, ea scriptis commendare, que necesse sunt animo retinere, Vniuersitati fidelium notum facimus, quod *Vlricus abbas in superiori altah* tenuitate rerum compulsus de consensu fratrum suorum bona sua in *Hubaern Heinrico Zantario* pro viginti talentis in feodum contradidit hoc pacto, ut eadem bona post mortem predicti *Heinrici*, & *duorum filiorum suorum* scilicet *Hylprandi* & *Herrandi* ad prenominatum cenobium sine omni solucione restituantur. Huius rei testes subtus annotauimus. Conuentus ibidem. Layci. *Heinricus in Pvel. Hermannus de Vriendorf. Rapoto prepositus. Chunradus de altah.* & alii quam plures.

N. CXXIII.

In nomine Domini amen. *Vlricus* dei gratia abbas & conuentus ecclesie superioris altah. Omnium habere memoriam & in nullo deuiare, diuinum est pocius, quam humanum. Quare actibus hominum dignis memoria scripture est beneficio succurrendum. Quo pretextu notum esse volumus vniuersis presencia inspecturis, quod cum quidam haberent possessiones ecclesie

clesie nostre sibi obligatas ad vsus ecclesie nostre in solucione totius summe, pro qua oligate fuerant, nullo tempore reversuras. *Albertus Judex* possessiones nostras in *Winpozingen* & *Lantolstorf*, & *Hard*, pro LXXX. duabus libris & LX. denariis, *Heinricus Pvhlaer* duo predia in *Dorflein* pro VI. libris, *Albertus de Pogen* vnum predium *an dem Velberg* pro IIII. libris, *Hermannus de Vreindorf* unum predium *altah* pro tribus talentis & XL. den. Et experta malicia temporum preteritorum, & metus eiusdem malicie in futura tempora durature possibilitatem & spem nobis sustulisset possessiones predictas redimendi, ille pius mestorum consolator Deus nobis circa hec damna sollicitis dignatus misericorditer prouidere, inspirando dilecto amico nostro *Popponi plebano in Munderking*, vt easdem possessiones redimeret ad suos vsus per sua tempora, & eo mortuo ad vsus ecclesie nostre sine omni redempcione libere reuersuras. Inter duo igitur mala, minus esse malum, immo magnum bonum animaduertentes, possessionibus eisdem carere per vnius persone, quam per multarum generationum tempora, memorato domino P. plebano in M. predictas possessiones per eum, ut diximus, suis denariis absolutas, in premium sui beneficii, imo pro actionibus gratiarum concessimus precario sibi suis seruituras temporibus, ut eo mortuo ad ecclesie nostre vsus libere reuersuras. Hii sunt testes. Conuentus. Laici. *Hermannus de Vreindorf. Chunradus de Altah. Rugerus Preco*, & alii quam plures.

N. CXXIV. Sub Heimone Abbate de an. 1248.—52.

Noverit cunctorum posteritas, qualiter quidam prepotens miles nomine *Hartmann* delegavit hereditatem in *Tala*-

quam a *Rutperto* emit, in manus eiusdem *Rutperti* ea racione tradidit, ut ad altare S. Petri pro remedio anime ſue, & ſuorum, ſicut ipſe deberet, in proprietatem donaret. Quam tradicionem ſuſcepit *Heimo* Abbas. & iſti ſunt teſtes, *Routpreth. Rafholt de Strubinga. Regil & Engilſcalch filii Willihalm de hagapach. Meginhart de Winzara. Heimo Adalpreth. Routmunt. Wiſili.*

N. CXXV. Sub Abbate Poppone.

Anno domini, MCCLXV. infra octavam. S. Trinitatis *Albertus de Schambach* tradidit ad altare S. Petri annuatim ad cenſum V. denariorum *Alheidem* uxorem *Ottonis* cum liberis eius, ſcilicet *Alberto*, *Chunrado*, *Heinrico*, *Marquardo*, *Alheid*, *Gertrud.* Hiis teſtibus preſentibus. *Syboto cuſtos. Heinricus de Haibach. Marchlinus Piſtor. Fridericus de Furt. Vlricus de Lauterbach. Saumolt Waeſſo. Chunradus decimator. Friſcarius ſcolaris. Heinricus dictus Chlein. Ceraer. Chomel. Gaio. Chunrad ab dem anger.* & alii quam plures.

Promiſit etiam dictus *Albertus de Schambach*, quod proximum feodum, quod ſibi contigerit, vacare, ad conſilium abbatis, qui tunc erit, debeat conferre predictis liberis, & Ottoni patri ipſorum in recompenſationem illius feodi empti pro XX. ſolidis, quod ipſis abſtulit. Quod ſi vacans feodum carius ablato erit, ipſi liberi cum Patre ſuo ſuper exereſcens rediment tali ſuma pecunie, ſicut fideles & diſcreti poterunt rectius eſtimare.

N. CXXVI.

Anno domini MCCCIX. tempore *Vice domini Eberwini* (de Degenberg) & Domini *Chunradi* abbatis in Obernaltach no-

nobiles viri & honorabiles domini videlicet *Henricus & Fridericus de Satelpogen* ſuum verum & directum feodale Dominium, quod habebant in prediolo, quod ab *Hartwico de Freindorf* emimus, tradiderunt & adpropriauerunt pro ſalute animarum ſuarum Sancto Petro in Obernaltach libere & quiete perpetuo poſſidendum.

N. CXXVII. Transactio circa Decimas minores in Bogen - - - an. 1280.

Anno dni MCCLXXX. circa Symonis & Jude Lis, que uertebatur inter eccleſiam de *ſuperiori Altah* ex una parte, & *Ottonem de Zwarzach & Libhardum. fratrem eius* ex altera ſuper minutis decimis in parochia *in Bogeu* per mediatores uidelicet *Renoldum de Eia & Albertum de Ernoltvelden*, in quos ab utraque parte fide data fuerat conpromiſſum, taliter eſt deciſa, quod predicti fratres O & L ſimpliciter & preciſe abrenunciauerunt omni iuri, quod habere in predicta minuta decima uidebantur, ita tamen ut *Poppo predicte ecclefie abbas* eis XVIII. ſolidos Ratisp. monete in feſto S. Nicolai ſolueret caſu quolibet non obſtante. Huius rei teſtes ſunt. *Ch. prior. Renoldus de Eia. Albertus & Ludwicus de Ernoltſvelden. Rudolfus Lengveldaer. Swiker de Forſt. Heinr. Paſchinger. Heinr. Prvlaer. Hoflaer. Vndingaer. Rudgerus Sulzviſch. Albinus. Albertus Cronſnabel de Bogen. Ekkerig de Perndorf. Rudolfus ſeruus Eiaheri. Fridericus de Furt. Herwicus Edaer*, & alii quam plures.

N. CXXVIII. e codice ſeculi XIII.

Hec ſunt feoda eccleſie in Obernaltach, & ſubſcripti habent ea ab eccleſia.

Pfolingaerius habet uadum in *Pasching* & I. Curiam in *Alhartstorf.*

Satelpogaerii habent *Havchepach* & II. curias in *Alreichdorf.*

Schoenstainaer habet aduocatiam prediorum in *Tichling*, *Immenbach*, *Chaepfelperg*, & *daz gehai in der Taechenowe* & villam in *Magenscell. Ruehpergaer* habet unam vineam in *Wartperch.*

Antreichstorfer habet unam filiam in *Wazzenowe* quartam partem.

Runtinger habent *Ried*, *Plarndorf*, *Chaefling*, *Ledrarn.*

Judex de Chamb habet unam hubam in *Ledrarn.*

Ramspergaer h. molendinum in *havhspach* & I. predium, quod habuit H. de *Freindorf.*

Pesingaer habet in feodo II. predia in *Watmanscell* & dimidium pomerium in *Falcenstain*, quod habuit *Marquardus de Viht.*

Nuzpergerii habent Decimam in *Radmansperg* & I. curiam ibidem, quam habet ch. cellerarius, & I. feodum in *Hofdorf* soluens XL. den. Molendinum un. idem habet in *Miltah.* Item I. curiam in *Furlbach.*

Chalnpergaer habet *Papenzell* totum.

Gravenwiser habet *Etling* duo predia, que soluunt LX. Den.

Fraemichspergaer habet *Loh.*

Dietrich *Hirzpergaer* habet unum predium in *Ekkhartscell* soluens LX. den. quod resignauit genero suo *Pössel* & una cum eo recepit pro conseruatione nepotum suorum.

Paum-

Paumgartnaer habet in *Vaevndorf* unam curiam que ſoluit XLV. Den. Item in *Cheznach* unum feodum quod habuit *Hugo* preco.

Otto de Vihte Molendinum in *Tichling*. XXX. Den.

Gotfrid *Kollnpergaer* habet ibidem I. predium ſoluens LX. den.

Dietrich *Peilſtainaer* habet *Pranpach* ſolv. LX. den.

Seibunt & filius ſvvs de *Fuerowe* & *Chodo* habent ibidem II. iugera agri qui dicitur *Seidackaer* & III. dietas prati.

Vlrich *Albrehrider* I. predium in dem *Rid* ſoluens C. ſcutellas. & XII. picaria, quod reſignauit *Fraſſoni*.

Gozpolteſcellaer habet unam decimam.

Ortolphus habet *oed* ubi reſidet, & quasdam decimas.

Sighardus habet unum predium in *Vrſenpacb*. ſolvens dim. tal.

Albertus frater ſuus habet *Prunſtvelberch* & curiam ubi reſidet.

Schaevbinch habet iuxta *Menna* IV. jugera prati & in *Aſsha* quartam partem vnius curie & ſiluam quandam apud *Beingarten*.

Filii *Tevfelonis* habent *Tevfelsgrub* I. curiam ſolu. I. Tal. & LX. den.

Item *Tiſſenpach* ſoluens XL. den.

Gozzoltingaer habet I. predium in *Rivte* *Chunradus der vrvmhere* habet *Langleiten*.

N. CXXIX. e codice ſec. XIV.

Hec ſunt feoda Eccleſie in *Obernaltach*, & ſubſcripti habent ab ea.

 Do-

Dominus Dux comitatum Pognenſem cum foro ibidem & caſtro in *Mitaruels* cum omni dominacione ſua.

Satelpogarii habent *Haucherpach* & II. curias in *Altreicherdorf.*

Schonnſteinaer habet aduocaciam prediorum in *Tichling.* hanc habet *Marquardus de Vieht ymhoven.*

Chaphelpergaer - - & *daz Gehai in der Techenow* & villam in *Magaſcell.*

Buchpergaer habet I. vineam in *Wareprech.*

Andreichſtorfer habet I. ſiluam in *Wazenaw* IV. partem.

Runtingarii habent *Ried, Plarradorf, Chaeſing. Ledrarn.*

Judex de Chamb habet unam hubam in *Ledrarn.*

Nuzpergarii habent decimam in *Radmanſperg*, curiam ibidem, quam habet *Chunr. cellarius in Hofdorf* ſoluens XL. den. Item Molendinum in *Miltach. Chalnpergaer* habet *Popencell* totum.

Goſtorfarii habent pratum trans danubium.

Grauenwiſer habent II. predia, que ſoluunt LX. den.

An. Dom. MCCCXX. Dns *Chunradus iunior de Hohenvels* accepit a nobis curiam noſtram *Ekkartzell* in feodo.

Pavmgartnaer habet in *Vaevndorf* I. curiam, que ſoluit XLV. den. Item in *Ccheznach* I. feodum, quod habuit *hugo preco.* Item aream unam ibidem, que ſoluit XXV. den.

Otto de Vicht habet molendinum in *Tichling.*

Gotfridus Nollnpergaer habet unum predium quod ſoluit XXX. den.

Die-

Dietricus Peilsteinaer habet *Pranpach* quod soluit LX.den.

Seibant & filius suus de furow & *Chold* habent ibidem duo iugera agri, qui dicitur *Seidacher* & tres dietas prati.

Gozpollcellarii habent I. decimam.

Ortolfus habet *Oed* & quasdam decimas ubi residet.

Sighardus habet I. predium in *Vrsenpach* soluens I. libram.

Albertus frater suus habet *Prunstvelperch* I. curiam ubi residet.

Schaevbingers habet iuxta *Menna* quatuor iugera prata & in *Ascha*.

Filii *Tiufelonis* habent *Tiufelsgrub* I. curiam que soluit I. lib, & LX. den. Item *Tiufenbach*. quod soluit LII. den.

Item *Langleiten* & IIII. Tagwerch prati in *Hofdorf*, que concessit *Hermauno* in plenum & iustum feodum *Chunrado* ipsum resignanti.

Tiufenbach habet modo *Heinricus filius Alberti de Steinberch*.

Gozzoltinger habet I. predium in *Reut*.

Otto de Strubing & *Albertus de Geltolfing* habent procos in *aitterhoven* decimales.

Item *Otto* habet II. Tagwerch apud *Strubing* iuxta prapratum ducis.

Siboto de *Tekkendorf* habet I. hubam in *Aittorhouen*.

Eberhardus de Veltchirchen habet *braitenaw* III. predia.

Item *Zacharias de Hofdorf* habet II. hubas in *Hofdorf*.

Eglolfus habet unam hubam, quam emit,

Ebo

Ebo auz dem Mos curias *Freindorf* & plura predia ibidem.

Hartwicus & decimator de *Aitnach* habent decimam in *Draeſelried*, *Luifenried*, & in *Chalberſpach*, & in *Wurz* in una curia & in *Prennesried* partem decimatoris habet *Dietricus* filius eius, & uxor ſua.

Dietricus filius Hartwici habet I. feodum in *Draeſelried* ſoluens XXV. den.

Albertus filius Heinrici reſignauit idem *Dietrico* predium in *Draeſelried*, de quo ſoluit nobis XXX. den.

Pertholdus prepoſitus in Schonnſtein habet I. predium in *Gozzenſtorf* ſoluens XXXV. den. & obulum.

Gener Holdonis habet II. Tagwerch iuxta *Hornſtorf*.

Ammanus de Tufing habet I. hubam in *Penning*.

Heinricus de Hartperg habet in *Steg*. II. pratella.

Eiaharii habent in *Wolfencell* II. curias.

Chunradus puhlaer & Chunr. lanima gener ſuus habent *Gaumalſtorf*.

Turdlingee habet *Hoſlein* I. curiam, quem modo habet *Paumgartnaer* ad terminum vite ſue. pro LX. den. annuatim eccleſie noſtre ſolvendis.

Ernolfueder. habet decimam I. in *Nozzſtal*.

N. CXXX. Formula Præſentationis circa An. 1358.

L*autwinus* Dei gratia abbas in Oberaltach &c. Orationibus utinam in Chriſto devotis cum reverentia debita & condigna premiſſis. Domine Reverendiſſime. Vacantem nobis eccle-

ſiam

ſiam N. veſtre Dioeceſis per mortem Dni N. inmediati rectoris eiusdem, cuius preſentatio ad nos pertinere dinoſcitur de Jure pariter & de facto, Reverentie veſtre gratioſe ad eandem eccleſiam Dnum N. dictum . . . exhibitorem preſencium, quem ſcientia, vite honeſtas, & morum probitas recomendant, duximus preſentandum, petentes humiliter & devote, quatenus ipſum de predicta eccleſia inveſtire dignemini ſimpliciter propter Deum. Datum in Monaſterio ſuperioris Althe.

N. CXXXI. Formula conferendi Beneficium circa an. 1379.

Nos *Petrus* diuina miſeracione Abbas Monaſterii ſuperioris Althe Eccleſie S. Petri volentes exequi mandatum apoſtolicum ſecundum gratiam tibi factam a ſanctiſſimo in Chro Patre ac Dno noſtro *BONIFACIO* PP. IX. conferimus tibi eccleſiam noſtram in N. que nuper vacare incepit, & ut credimus adhuc vacat, cuius Jus Patronatus & collatio ad nos ſpectat, auctoritate etiam literarum tuarum a prefato Domno apoſtolico impetratarum, dumtaxat ſi & in quantum tibi Jus competit eandem acceptare, & in quantum nobis inter eſt eandem tibi conferre, ſalvis in omnibus Juribus & privilegiis noſtris & eccleſie noſtre habitis & impetratis. In nomine Patris & F. & Sp. S.

Primo ergo iurabis ad tuam ſcientiam, quod velis pro poſſe tuo quamdiu vivis, ſi contingat te eandem eccleſiam pacifice poſſidere, conſervare & promovere Jura, privilegia, libertates, honeſtates ſeu conſuetudines iuſtas monaſterii noſtri, & eccleſie tibi collate abſque dolo.

Sic te Deus ſalvet.

Sequitur collacio Beneficiorum.

Prelatus primo teneat librum miſſalem in manibus, & recipiens beneficium flexis genibus tangat librum, & prelatus dicat, Eccleſiam talem v. g. in Ayterhoven ſancte Margarete vacantem per mortem talis N. noviſſimi Rectoris cuius Jus patronatus ſeu collacio ad nos dinoſcitur pertinere, tibi N. conferimus, & ad eandem te preſentamus, prout Juris eſt, dumtaxat ſi & in quantum tibi Jus competit eandem acceptare & nobis intereſt tibi eandem conferre, & ſic te per librum preſencialiter inveſtimus, committentes tibi adminiſtrationem temporalium & ſpiritualium in animam tuam. In Nomine Patris &c.

Et hoc facto faciat ſibi preſtare omagium de obedieneia & eciam de ſolucione penſionis, ſi eccleſia eſt incorporata, poſt ea preſentet Epiſcopo.

Secus eſt in eccleſiis manualibus, ſeu in hiis que pleno Jure ſpectant ad prelatos ſicut *Pogn*, *Altha*, *Chrizenkirchen*. tunc dicat ſic comittimus tibi N. regimen talis eccleſie & curam animarum in animam tuam regendam uſque ad noſtram revocacionem In Nom. &c. Si etiam plenius cum cura, tunc dicat. Committimus tibi N. adminiſtrationem talis eccleſie temporalium & ſpiritualium, & curam animarum in animam tuam regendam. in nomine P. & F. & Sp. S.

N. CXXXII. Fragmentum folii manu ſæc. XIV. ſcripti, cuius reſidua dimiduo pars Veterum quorundam Nummorum & Menſurarum Quantitatem ſiſtit.

Antiquo igitur officiorum noſtrorum Regiſtro de uerbo ad verbum, ſicuti a veteribus Reddituum codicibus cartis & ſcrip-

ſcripturis enucleatius extrahi, & in unum redigi poterat, preſcripto, ad novum ſeu modernum Reddituarii regiſtrum progredi cupientes, pro eiusmodi limpidiori intelligencia, & preſertim ut Numiſma & numerus in denariis, & Menſura in blado ſicut antiquitus & hucusque in noſtris officinis obſervatum, & ſuis vocabulis vſitatum extitit, meluis cognoſcantur, & in antea firmius obſerventur, neceſſario & principaliter eſt ſciendum, quod ubicumque in proceſſu ipſius novi Regiſtri ſeu Reddituarii noſtri fit mentio de denariis, quod ibi ſemper intelligendi ſunt denarii cuni ſeu monete civitatis Ratisponenſis, quodque XXX. denarii faciunt ſolidum, qui uſuali ſermone *longus ſolidus* appellatur. Preterea ubicumque abſolute fit mencio de menſura bladi, & non additur determinacio aliqua tali menſure, ibi ſemper & uniformiter intelligenda eſt menſura Civitatis Ratisbon. Niſi ubi ſpecialiter.

Heic folii in duas partes ſciſſi, pars poſtrema deficit: Papina autem averſa ſequitur tas & conſwetas menſuras. Eſt etiam quedam alia parvula menſura ſiliginis in officio celaris noſtri antiquitus reperta (*recepta*) que latine *metretula*, vulgariter vero *Mauſm*... (*maſſel*) ſpeciali vocabulo nuncupatur. Cuius quidem menſure XXX. ... metretule faciunt unum modium menſure granarii noſtri quarumque metretularum adminiſtrantur cuilibet concanonico noſtro prebendato & nobiscum reſidenti ſingulis annis S. ... metretule ultra ſummam bladi ſtipendii prebem ... lis (prebendialis) Et ſi que earum poſt diſtribucionem prebendarum reſidue fuerint, Celerario remanebunt. Quibus taliter expoſitis & premiſſis ad effectum probacionis tabularis ſacris legibus & canonibus approbate ad modernum novumque Regiſtrum ſeu Reddituarium in honorem

Dei & ſue precelſe genitricis Virginis Marie patrone noſtre (*Forte Veteris Capellae Ratisbonae*) eſt datum incipiendo a Redditibus iuxta Civitatem Ratisponenſem ad obſequium noſtrum pertinentibus in Dei nomine accedimus in hunc modum.

Clm. 9711, f 315.

N. CXXXIII. De Nuptiis Ludouici Ducis Bauariae cum Ludmilla, relicta Vidua Alberti III. Comitis de Bogen, An. 1203. e codice saeculi XV.

Ein Fürſt von payren kom gein pogen geriten;
Zw einer Gräfin Schön und Klug mit ſiten,
Er begert ir zu Freiden ſpil,
Si ſprach, ich (nit) ein wil,
Er erwellet dann ſein mein eelich man
So wil ich darumb ratt han.
Der Herr rayt in Freyem mut von danne,
Dy Gräfin vodert ir ratmanne:
Rat ir herren edel vnd weis,
Ein her von payrn ſezt ſeinen vleiſs
Wie er mich äffen wolldet
Wenn ich das mit worten verſcholdet.
Der Rät ainer ſprach vor Inn allen,
Fraw ir ſult drey ritter an ainen tebich malen,
Vnd drey ritter dar vnder wol behutt
Dy des Fürſten wortt merchken und ewren mut,
Das er ſeine wort, ſo taugen
Nicht mochte gelaugen.
Der Fürſt kom gein pogen widern
Mit gar frölichen gelidern
In der Gräfin Kammer verholen

Da

Da dy rytter vnder dem tebich lagen uerſtolen.
Der Fürſt redt der Frawen zu,
Ob ſy ſeinen willen wolde thun.
Dy Fraw ſprach, vnd zeigt an den tebich,
Gelobt mir vor den ryttern dy ee frölich.
Der Fürſt gelobt dy ee in heldes mut,
Dy Gräfin nam zu Zeugen dy ritter gut.
Gingen dy rytter frölich her für,
Der Fürſt getrawrt vnd gedacht fur dy tür,
Er rait von dan zu landt
Im ein ander Landt.
Vnd da vergangen was ein ganx Jar,
Da kom der Fürſt gein Landaw ſpatt,
Er wolt nicht da benachten
Zu ſeiner hausfraw gein pogen was (wolt) er trachten.
Da ſy kommen zu ſamen bayde,
Da vergaſſen ſy alles ires Laide
Sy lebten mit einunder eelich (eeleich)
Als es zugehörtt der Eürſten reich
Der edlen Grafen von pogen
Helm Schilt vnd wappen
Iſt komen an dy hochgeporen Fürſten loblich
Von payren mit erbſchafft vnd name ewigklich.

* Lepidam hanc aſtutiam pariter refert. *Vitus Arnpeckius* in Chron. Bajoar. lib. V. cap. 17. apud Bern. Pez in Theſaur. Anecdot Tom. III. P. III. col. 257.

Clm 9711, f. 315.

N. CXXXIV. Vaticinium infaustum de Alberto IV. Comite Bogensi e cod. saec. XV.

Anno Domini MCCXLII. *Albertus Comes de Pogen* cum provinciam sibi subiectam per tyranidem taliter devastasset, ut hominibus discedentibus de illa fere inhabitabilis fieret, & paucissima in ea possent pecora reperiri, Mors eius digna est demum per talis visionis indicium premonstrata. Nam circa pasca in parochia *Chelperg*, referente *Wiltperto plebano de Chuntzen*, quedam mulier nomine *Benedicta* vidit in visione sanctum Mauritium cum multo & pulchro comitatu adire quoddam iudicium, ubi Deo nostro fecit querimoniam, & de predicto Comite petiit vindicari. Sed Mater Dei usque ad festum purificacionis sibi inducias impetravit, ut idem comes medio tempore suam maliciam refrenaret, quod cum non faceret, licet ab *OTTONE Duce Wawarie fratre suo* (uterino) moneretur, ut se corrigeret, in mense februario ab hac vita miserabiliter est subtractus. Et leticia quam predictus *Wiltpertus* claustris & provincie fecerat, est cognita per effectum.

Diplomatarium Miscellum.

N. I. Conceſſio Manſorum regalium Hartwico comiti Bogenſi ab Henrico III. Imp. facta an. 1054.

C. In nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis. *HEINRICUS* diuina fauente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Nouerint omnes Chriſti noſtrique Fideles, tam futuri quam praeſentes, qualiter nos ob interventum noſtri thori ac Regni cariſſimae conſortis *AGNETIS* imperatricis auguſtae *HARTWICO* ſex regales manſos, duos in uilla *Wolframmesdorf* dicta, & duos in *Lindarn*, & duos in *Ratmares revt*, & ibi ſicut extra ſiluam per dimenſionis latitudinem demonſtrantur, ita ex utraque parte indirecto per ſiluam prolongantur, in pago *Nortkowe* & in comitatu *HEINRICI* comitis ſitos, cum omnibus ſuis pertinentibus, hoc eſt, areis, aedificiis, terris cultis, & incultis, agris, pratis, paſcuis, campis, ſiluis, uenationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendiuis, piſcationibus, exitibus, & reditibus, uiis & inuiis, quaeſitis, & inquirendis, & cum omni jure & utilitate, quae ullo modo inde poterit prouenire, in proprium dedimus, tradidimus, condonavimus, Eo uidelicet tenore, ut praefatus *HARTWICH* de iam dicto praedio liberam deinceps poteſtatem habeat tenendi, dandi, uendendi, commutandi, precariandi, poſteris relinquendi, ſeu quidquid ſibimet placuerit, inde faciendi. Et ut haec noſtra imperialis traditio ſtabilis & inconuulſa omni ſuccedentis temporis per-

permaneat aeuo, hoc praeceptum inde conſcriptum, manu propria, ut inferius uidetur, corroborantes, ſigilli noſtri inpreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domni Henrici tercii Regis inuictiſſimi (Monogramma) ſecundi Romanorum Imperatoris, auguſti.

Uuinitherius cancellarius uice Liutboldi archicancellarii & archicapellani recognoui *

Data VIII. Kal. Mai anno dominicae incarnationis Mill. LIIII. Indict. VII. anno autem Domni Heinrici tercii regis, Imperatoris ſecundi ordinationis anno XXVIII. Regni XX. Imperii VIII. Actum Ebilezdorf in dei nomine feliciter Amen.

N. II. Henricus IV. Imperator Friderico I. Aduocato Ratisbonenſi quasdam Villas concedit in Marchia cambenſi Anno 1086.

C. In Nomine Sanctae, & Indiuiduae Trinitatis. *HEINRICUS* Dei gratia tertius Romanorum Imperator Auguſtus, Univerſis Dei,

* Memorabile hoc Diploma originale, cuius ex *AUENTINO* Annal. Boicor. VII. 6. num. 14. meminet *Chronicon Gotwicenſe* Lib. II. cap. VIII. n. 4. duo ſingularia habet. *Primum*, quod poſt ſignum Manus Auguſtae, Litterae binae majores ſibi conjunctae CR. cum tribus crucibus adpoſitae ſint, cuismodi exempla cum apud *MEICHELBEKIUM* in Hiſt. Friſing. tum in *Chron. Gotvvic.* pag. 263. exhibentur. Neque a uero abludere videtur celebratiſſimi Authoris eiusdem coniectura pag. 264. has litteras, initiales eſſe Vocabuli *CRUCIS*. *Alterum*, quod poſt latinam Cancellarii ſubſcriptionem, eiusdem Nomen in duabus ueluti Tabulis, uel, ut ait *Heineccius*, Antiquit. Goslar. Lib. I. pag. 48. Turribus, graecis litteris efformatum legatur. Vtriusque ſpecimen exhibet Tab. A. N. 1.

Dei, noſtriſque fidelibus tam futuris, quam praeſentibus notum eſſe uolumus, qualiter nos dilecto fidelique noſtro *FRIDERICO* Ratisbonenſi Aduocato ob deuotum ſervicium ſuum Villas ſitas in Marchia, quae uocatur *CAMBA*, ſic nominatas *Grawat*, *Vurte*, *Mazelin. Tichenesberg. Trasanesdorf. Buchberg. Sichowa* cum ceteris habitationibus eodem pertinentibus, & omnibus appendiciis, id eſt mancipiis. areis. edificiis. terris cultis & incultis. campis. ſiluis. pratis. paſcuis. Uenatione, piſcatione. aquis aquarumque decurſibus. molis & molendinis. exitibus & reditibus. quæſitis & inquirendis, ſeu cum omni utilitate que ullo modo inde prouenerit in proprium tradidimus. Ea videlicet ratione, ut ipſe deinceps liberam inde poteſtatem habeat tenendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid ſibi placuerit inde faciendi. Et ut huius noſtre donationis auctoritas perpetuo ſtabilis, & in conuulſa permaneat. hanc cartam inde conſcribi. quam ſicut infra apparet manu propria roborantes impreſſione Sigilli noſtri iuſſimus inſigniri.

Signum Domni Henrici tertii Romanorum Imperatoris Auguſti.

(Monogramma.)

Hermannus Concellarius vice Wecelonis Archicancellarii recognouit.

Data V. Idus Aprilis Anno ab incarnat. Dni M.LXXXVI. Indict. VIIII.

Anno autem Domni *HEINRICI* Regni quidem XXXII. Imperii vero III. Actum Ratisbone in Chriſti nomine feliciter Amen. * N N. III.

* In iſto quoque Diplomate id obſeruatione ſingulari dignum, quod poſt regium Monogra mma, paſſim alibi delineatum, & poſt tres cruces ver-

N. III. Reſtaurario Monaſterii confirmatur ab Honorio II. P. Anno 1126.

HONORIUS papa II. ſeruus ſeruorum dei cunctis fidelibus apoſtolicam benedictionem & ſalutem. Priuilegium libertatis altahenſis cenobii. uti ſubſcriptum eſt, noſtra auctoritate confirmamus. & ſub panno ſancti Petri & noſtri conſtringimus. ne quiſquam eidem loco & bonis ad eum pertinentibus aliquam uim iniuſte inferat. aut mali aliquid faciat. quod ſi quis hoc transſgreſſus fuerit. eterno anathemate ſe damnatum ſciat.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis ad comprobandam & ad declarandam bonorum induſtriam. notum facimus, & memorie poſteris tradimus. ut uniuerſi eccleſie filii preſentes & futuri ſciant, & recognoſcant. qualiter locus ſuperior Altaha nominatus. omnipotentis Dei ſeruicio ſit inſtitutus. & romane libertati tradidus. Anno ab incarnatione Domini M. C. XXV. Indictione VIII. III. idus decembris Imo anno Lotharii regis ſaxonici. Deo annuente. & *Liudegero* euiſdem loci abbate plurimum annitente. conuenerunt ad eundem locum cum plurimis amicis. & nobilibus uiris. & inclitibus ſuis.

FRI-

ticales, binae adpoſitae ſint litterae RR ſuo, ut ita dicam, dorſo iunctae, cuius quidem Ectypon, nuspiam mihi hactenus conſpectum, exhibetur Vol. XI. Mon. boic. Tab. III. Sigill. N. XVIII. ad An. 1086. per Errorem, neſcio cuius, ibidem anticipatum, & huc referendum. Quid porro Geminum hoc R. cuius medium, dextrumque crus Lineola trans verſa invicem nectuntur, ſibi velit, diuinare vix audeo. Forte Signum eſſe debuit R. *egis* R. *omanorum.* ſed malim exſpectare aliorum Judicia, vel hariolationes. Id unum miror, nec chronici Gotwicenſis Authori, illius Rei diplomaticae in Germania Statoris, nec diligentiſſimo *GATTERERO* in Elementis Artis diplomaticae eruditiſſime pertractatis, huiusmodi ſpecimem occuriſſe.

FRIDERICUS aduocatus ratisbonenſis eccleſie. cum conſenſu contectalis ſue. & *ADELBERTUS* comes de Windberch. cum uxore & filiis ad modum paruulis, ad quorum ditionem idem locus hereditario jure pertinebat. Ergo per ſpiritum ſanctum admoniti, & compuncti eundem locum cum omnibus appendiciis ſuis. agris. vineis, ſilvis. paſcuis. cultis & incultis. que ipſi aut parentes eorum dederant. aut aliqua conſanguinitatis & propinquitatis eorum deditionis iure ad eundem locum pertinebant. vel a militibus ſuis. vel ab ullo anteceſſorum eorum. vel a quoquam hominum eô collata ſunt. omnino uſui ſuo atque poteſtati abalienauerunt. & abſque omnium hominum retractatione & contradictione. Deo & ſancto *PETRO* dederunt. tradiderunt. condonaverunt. & perpetuo liberum eſſe decreuerunt. nimirum pro animarum ſuarum & parentum ſuorum ſaluatione & abſolutione. Ne ergo hec traditio & confirmatio ab ullo hominum. vel ab ipſis. vel a poſteris nepotibus ſuis umquam poſſit infringi. aut adnullari. communi conſilio decreuerunt. ut eundem locum in manum predicti *ADELBERTI* comitis pariter delegarent. ſcilicet ut ipſe romam iens hanc delegationem ſupra altare ſancti *PETRI* in conſpectu apoſtolice ſedis epiſcopi. & romanorum principum confirmaret & ſtabiliret. ea videlicet conditione. quatinus ſingulis annis exinde aureus numus * in teſtimonium perſoluatur: Et ne cuiquam hominum. regum. principum. epiſcoporum. locus ipſe cuiuſquam ſervicii amplius ſubiaceat. Ceterum hec traditio eo tenore facta eſt. ut monachi ibidem Deo

* Apochas ſoluti huius cenſus, quotquot ſuperſunt, omnes hoc loco ſimul ſubiungere placuit, eoquod ad illuſtrandam rem nummariam veterem non nihil facere videantur.

ſervientes habeant poteſtatem. eligendi abbatem ſecundum regulam ſancti *BENEDICTI.* quemcumque uelint. aut inter ſe. aut aliunde. qui tamen electus accipiat baculum de altari. Hec etiam conditio inter eos facta eſt de aduocatione uidelicet ut *FRIDERICUS*, qui tunc temporis aduocatus erat. Si filium genuerit. ipſi & poſteri eius iura aduocationis ſemper retineant. Si autem abſque liberis exceſſerit. iura aduocatus ad *ADELBERTUM* comitem, & ad poſteros eius pertranſeat. & quiſquis inter eos natu major fuerit. ipſe aduocatus conſiſtat. qui tamen aduocatus nil aliud iuris aut poteſtatis, quam quod ſubſcriptum eſt. inibi retinebit. ſemel in anno rationnationem cum familia habere debet. & non alibi niſi in eodem loco hanc exercere ualebit. ſi autem utilitas loci popoſcerit, ut illo adueniat. hec ei in ſeruicio ſubpeditabunt. ſex urne uini. & una mellis. & viginti urne cerviſie. quatuor modii frumenti. & totidem porci. & duodecim modii auene. ita tamen. ut ſi ibi rationem habeat. hec ei omnia dentur: nec alicubi alio deferantur. nec habeat poteſtatem hec cuiquam in beneficium dare aut preſtare. Qui tamen aduocatus ſi fratribus grauis & monaſterio inutilis fuerit. amoto eo alius ſubſtituatur.

Harum rerum omnium teſtes per aurem attracti ſunt. *FRIAERICUS aduocatus. duo filii ADELBERTI comitis PERCHTOLDUS & ADELBERTUS. Dietricus de Povchuſen. Dietmarus & frater eius Ekkerich de Silichigin. Dietmar de Wenigges-dorf. Marchwart de Elbermundeſdorf. Werigant de Wolfaha. Ratpot de Slipphingen. Eberhart de Rota. Willehalm de Geppenheim. Werinheri de Holzen alius Werinheri & Gotſchalch de Heninchouen. Altman de Welichinberch. Swiker de Perindorf.*

ou-

Ovdalrich de Ahahovſen. Liupolt de Uhesfigen. Gozpolt de Rovtenbach. Hi omnes nobiles viri. exin militantes. *Adelhart de Hiuttae Gotpolt de Rovberdorf. Gozwin de Hagabach. Engilſchalch de Landoldesdorf. Landold de Landoldesberch. Wolchmar de Mennaha. Gozpreht de Harda. Gumpolt de Herimutesdorf. Eppo de Drahſala. Rovdolf de Fremerichesberch. Adelbreht de Houedorf. Megingoz & frater eius Hiltibolt. Marchuuart & Werinheri de Nuzbach. Perinhart de Gebinchoven. Marchuuart de Niuenchirichen. Sigibot de Chovnenzhella. Pabo de Geſwenta. Hagano de Gezhhuſen.* & alii quam plurimi.

Datum eſt laterani in palatio anno dominice incarnationis. M. C. XXVI. indict. IIII. XI. K. apl. ottone cancellaris ſancte romane ſedis.

N. IV. Sequentia adnotavit *BOPPO* Abbas, altero Poſtulationis ſuae Anno.

Item Anno dni M. CC. LX. primo miſimus per Domnum *ALBERTUM* venerabilem Epiſcopum Ratisponenſem Romane eccleſie pro cenſu viginti octo annis detento vnum *Fertonem* auri quem pro quarto decimo (quatuordecim) talentis & XII. denariis emeramus. ſuper hoc recepimus ipſius Domini Epiſcopi inſtrumentum. *Subnatatur.*

Sed a curia reuerſus Domno Alexandro mortuo reſtituit nobis idem Aurum.

N. V. Anno 1274.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis, *Guillielmus de ſancto Laurentio Domni pape camerarius, & Capellanus*, ſalutem in Domino. Vniuerſitati ueſtre tenore pre-

ſentium innoteſcat, nos a fratre *Poppone Abbate* Monaſterii ſancti Petri *in ſuperiori altah* ordinis ſancti Benedicti Ratisponenſis Dioceſis pro cenſu Quadraginta annorum proxime preteritorum per manus eiuſdem Quinque Marcas boni argenti ad *pondus Colonienſe* pro Quadraginta aureis pro Domni pape camera recepiſſe. Vno aureo pro anno quolibet computato. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras noſtri ſigilli munimine roboratas duximus concedendas. Datum *Lugduni*, anno Domini Milleſimo. Ducenteſimo, ſeptuageſimo Quarto. IIII. Kal. Martii Indictione ſecunda. Pontificatus vero Domni Gregorii pape Decimi, anno ſecundo.

NB. A Tergo huius Membranae loco Signaturae alias conſuetae ſequens inſcriptio annotatur Manu ſaeculi XV.

„ Tempore huius abbatis (videlicet Popponis) Monaſterium
„ noſtrum ignis foragine totum abſumtum fuit cum omnibus
„ mobilibus in eo contentis. 12 4.

N. VI. Anno 1370.

Johannes de Reinbach Canonicus eccleſie beate Marie Veteris Capelle Ratisponenſis, Commiſſarius & Collector cenſuum Camere apoſtolice per prouinciam Saltzburgenſem a Reuerendo in Chriſto patre & Domno Domno *Johanne Wormacienſi* Epiſcopo apoſtolice ſedis Nuncio deputatus, recognoſco in hiis ſcriptis me habuiſſe, & recepiſſe ab honorabili Viro Domno *Ottone de Deckendorf Vicario in eccleſia Ratisponenſi* XV. florenos boni auri & legalis ponderis Vice & nomine Reur. patris *Domni Eberwini Abbatis Monaſterii ſuperioris Althe* Ratiſponenſis Dioceſis ordinis ſancti Benedicti & ſui conventus, ſuper qua ſumma, XV. Florenorum idem Domnus *Ewerbinus Abbas*

nuper

nuper in ciuitate Ratisponensi super retentos & non solutos a multis annis retroactis census vnius aurei a dicto Monasterio singulis annis camere apostolice debiti composuit & concordauit cum dicto Domno Wormaciensi Episcopo. Vnde ipsum Domnum Abbatem & conuentum dicti Monasterii superioris Althe dicta auctoritate apostolica michi in hac parte commissa a dictis. XV. Florenis sic receptis per me quito, libero, & absoluo per presentes, mandans Vobis *Heinrico Notario publico* subscripto, ut mihi duo similia super huiusmodi receptione, quitatione, liberatione, & absolutione conficiatis publica Instrumenta. Acta fuerunt hec Ratispone in Domo habitationis mei *Johannis de Reinbach* supradicti Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo Indictione octaua die Vero. XVIII. Mensis Octobris Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domni nostri *Domni Vrbani* diuina prouidentia pape quinti anno octauo. Presentibus discretis Viris *Johanne de Egra*, *Petro de Neuburga* & *Conrado de Türn* clericis Ratisponensis & constanciensis Diocesium testibus ad premissa uocatis specialiter & rogatis sub sigillo meo presentibus impresso.

Et Ego *Heinricus dictus Reym de Swobach* clericus Bambergensis diocesis Publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius predictorum florenorum solutioni receptioni quitationi liberationi & absolutioni omnibusque aliis & singulis dum sic ut premittitur fierent & agerentur vna cum prenominatis testibus presens publicum Instrumentum exinde confeci, quod propria manu scripsi, & de mandato dicti Domni *Johannis* Collectoris in hanc publicam formam redegi signoque iure solito signaui & cum appensione sigilli ipsius Domni *Johannis* roboraui rogatus & requisitus in robur & testimonium omnium premissorum.

(Signum Notarii.)

N. VII.

N. VII. 1382

Petrus *de Remago canonicus ecclesie S. Johannis Ratispon.* commissarius & collector camere apostolice per ciuitatem & diocesin ratispon. & non nullas alias ciuitates, Diocesses & partes alemannie per reuerendum in Chro. Patrem & Dominum *Branchinum* Dei gratia *Episcopum pergamensem*, apostolice sedis nuncium auctoritate apostolica deputatus, notum facimus vniuersis, quod die dato presencium recepimus X. *florenos auri de alemannia* presentatos nobis per religiosum virum fratrem *Vlricum Geler* professum monasterii superioris althe ratispon. dioces. censualis singulis annis sacrosancte romane ecclesie in vno aureo pro dicto annuo censu X. annorum immediate preteritorum a dato ultime quitantie ipsius Monasterii effluxorum retento. Ideo venerabilem patrem *Dnum Petrum abbatem & conventum* & ipsum monasterium superioris althe de dictis florenis sic per nos realiter receptis quitamus, & absoluimus per presentes. Sed quia a reuerendo in Christo Patre Domino *Branchino* Dei gratia episcopo pergamensi apostolice sedis nuncio nonnulla declaracionis & denunciacionis mandata propter retardationem solucionis huiusmodi emanarunt, ideo honorabilibus viris in *Straubingen*, *Porgsteten* & aliis omnibus & singulis plebanis, viceplebanis, presbiteris & clericis per ciuitates & diocesin ratispon. constitutis, & eorum cuilibet, qui requisiti fuerint, in solidum tamen trium dierum trina & canonica monicione premissa sub excommunicacionis pena precipimus & mandamus, quatenus dictos Abbatem & conuentum monasterii & singulares personas (ab excommunicationis) & interdicti sententiis, quas presentibus etiam tollimus & submovemus, in vestris ecclesiis, quotiens opportuum fuerit, absolutos, sublatasque &

sub-

ſubmotas ipſas penas publice denuncietis, cum quibus etiam ſuper irregularitatibus, ſi quas forſitan immiſcendo ſe diuinis, non tamen in contemptum clauium ecclesie, contraxerunt, auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa diſpenſamus harum ſerie litterarum. Datum Ratispone ſub Sigillo noſtro preſentibus appenſo. Anno Dni M. CCC. LXXXII. Indictione quinta, die uero decima menſis maij, pontificatus ſanctiſſimi in Xto patris ac dni nri Dni *Vrbani* diuina prouidentia PP. VI. anno ſexto.

N. VIII. Anno 1392.

R*udolphus Winttenawer* plebanus in Marchburg Salzeburgenſis dioceſis Baccalaureus in Decretis Commiſſarius generalis Ven. in Chriſto patris & domni *Ortolfi Decani eccleſie Salzeburgenſis* deputati Notum facimus vniuerſis quod a Ven. patribus & Domnis Abbate & Conuentu *Monaſterii in Superiori altha* Ord. S. Benedicti Ratisponenſis dioceſis ſingulis annis in vno aureo camere apoſtolice cenſualis die date preſentium recepimus novem florenos auri iuſti & boni ponderis & quadraginta denarios Ratisponenſes pro cenſu novem annorum & novem menſium vel quaſi immediate preteritorum de quibus novem Florenis ac quadraginta denariis Ratisponen. ipſos Domnos Abbatem & Conuentum de dictis nouem annis & nouem menſibus auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa quitamus & abſolvimus harum ſerie litterarum per pactum de ulterius non petendo. Datum Ratispone ſub Sigillo Venerabilis Patris & Domni *Ortolfi* decani & collectoris ſupradicti preſentibus appenſo quia ſigillo proprio caruimus iſta uice anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Nonageſimo ſecundo die uero decima menſis Februarii Indictione quarta decima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domni Domni *Bonifacii* diuina prouidentia pape IX anno tercio.

N. IX. Anno 1402.

Ekhardus *Chinberger* canonicus ecclesie Ratisbonensis succollector censuum & mediorum fructuum camere apostolice per diocesin Ratisponensem a Reuerendo in Christo patre ac Domno *Marquardo* Dei & apostolici sedis gratia Episcopo constantiensi & eiusdem sedis collectore per prouinciam Salzburgensem auctoritate apostolica deputato subdeputatus Vniuersis ac singulis presentes nostras litteras inspecturis publice profitemur nos manualiter & realiter recepisse septem *florenos aureos de Vngaria* a Reu. in Christo patre ac Domno Domno . . . Abbate Superioris Althe ordinis S. Benedicti Ratisponensis diocesis occasione annui census *marabatinorum* in quibus dictus Domnus Abbas & eius Conuentus nomine dicte camere apostolice extiterant obligati de quibus VII. Florenis ut premittitur per nos receptis nomine dicte camere apostolice ipsum Domnum Abbatem & eius conuentum quittamus & absoluimus ac quittos & absolutos pronuntiamus in huius rei testimonium presentes nostras litteras damus sub nostri appensione sigilli. Datum Ratispone die XX. Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo secundo.

N. X. Anno, 1414.

Johannes *Sumpringer*, Decanus ecclesie Ratisponensis succollector mediorum fructuum & censuum camere apostolice per ciuitatem & diocesin Ratisponensem a Reuerendo in Christo patre Domno *Wentzeslao* Decano ecclesie patauiensis prothonotario sancte sedis apostolice collectore per prouinciam Saltzburgensem generali specialiter deputatus. Vniuersis & singulis ad quos presentes peruenerint. Sinceram in Domino caritatem. Noueritis quod a venerabili in Christo patre Domno . . . Abbate

bate ſuperioris Althe & eius Conuentu ordinis ſancti Benedicti ratisponenſis diოceſis qui ſingulis annis camere apoſtolice in vno *Marabotino* ſeu *ducato* cenſuales exiſtunt, die datarum preſentium ratione eiusdem cenſus *quatuor florenos vngaricos* percepimus, de quibus quatuor florenis per nos leuatis & perceptis ipſos domnum Abbatem & conuentum predictos quittamus liberos & ſolutos pronantiamus preſentium per tenorem. Datum Ratispone die ſecunda menſis Maij. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo quarto decimo, ſub appenſione noſtri ſigilli.

N. XI. Anno 1429.

Fridericus de parſperg Licentiatus in decretis Decanus Eccleſie Ratisponenſis nec non Jurium cenſuum frugium reddituum & prouentuum ac bonorum camere apoſtolice debitorum per prouinciam Saltzburgenſem Collector generalis Tenore preſentium publice recognoſcimus & fatemur nos recepiſſe leuaſſe ac numeratos & ſolutos nobis fuiſſe & eſſe nomine Venerabilis patris & Domni Domni ... Abbatis & Conuentus Monaſterii in Althe ſuperiori dicte Ratisponenſis dioceſis occaſione exemptionis tres Florenos de camera *Marabotinum* ſiue *fertonem* aut *Biſancium* apud gentes camere predicte nuncupatum, quem admodum ſingulis annis in feſto SS. Petri & Pauli eedem camere vnum florenum ratione dicte Exemptionis perſoluere tenentur. Quapropter eosdem domnum Abbatem & Conuentum de dictis tribus florenis nobis ipſorum nominibus ſic ſolutis & per nos receptis & leuatis quittamus abſoluimus & liberamus harum teſtimonio litterarum. Datum Ratispone feria quinta poſt feſtum

Jacobi Apoſtoli. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Viceſimo nono ſub noſtri ſigilli Decanatus appreſſione

Jo. Hawnschilt Notarius
ſubſcripſit.

N. XII. Priuilegium Capellae in Geltolſing conceſſum circa An. 1156.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus tam ſucceſſuris, quam preſentibus, qualiter ego *Hartwicus* Dei gratia *Ratisponenſis Episcopus*, Veſtigia predeceſſoris mei *Chunonis* felicis memorie, ſecutus, Eccleſie apud *Geltolſing* *) ex priuilegio conceſſi, ut ſingularem & proprium ſacerdotem habeat, qui de ſolis ipſius Eccleſie redditibus ſuſtentetur. Porro de jure Matricis Eccleſie (Aitterhovenſis) nihil omnino contingat, niſi quod familiam eorum, ad quos eadem Eccleſia ſpectat, que ibidem commoratur, libere baptizet & ſepeliat. Et ut hec noſtra conceſſio rata, & in dubitata futuris maneat temporibus, hanc in cartam conſcribi, & ſigillo noſtro iuſſimus communiri.

N. XIII. Victoris Anti-Papae Protectorium Anno. 1159.

UICTOR epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio *theodorico* Abbati monaſterii S. Petri quod in Ratisponenſi epiſ-

*) In codice quodam ſeculi XIII. ſequentia ad notata leguntur: „Anno „Dni. M. C. vigeſimo VI. Indictione IIII. Kalendas Octobr. dedi„cata eſt hec Baſilica (Capella Geltolfingana) in honore D. N. J. Ch. „& in commemoracione ſancte Marie ſemper Virginis & ſanctorum „Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum & omnium ſancto„rum a venerabili Epiſcopo Ratisp. *Chunone* obtentu & peticione dni „*Popponis* & vxoris eius *Beitze*. cetera.

episcopatu apud *superius altaha* situm est. eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum, Pie postulatio uoluntatis. effectu debet prosequente compleri. Ea propter dilecte in Christo fili *Theodorice* abba. predecessoris nostri felicis memorie pp. *HONORII* uestigiis inherentes, postulationi tue annuendum censuimus. & Monasterium beati Petri cui deo auctore presides quod a nobilibus uiris. *FRIDERICO* Ratisponensi aduocato. & *ADALBERTO* comite eorumque parentibus fundatum & beato Petro eiusque S. Romane ecclesie oblatum est. sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. & sedis apostolice priuilegio communimus. Per presentis igitur decreti paginam apostolica auctoritate statuimus. ut possessiones & bona omnia que idem monasterium in presenti legitime possidet. siue in futurum concessione Pontificum. liberalitate principum. oblatione fidelium. aut aliis iustis modis largiente domino poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus & integra conseruentur. Statuimus etiam ut de noualibus & incultis terris que idem monasterium propriis laboribus & sumptibus ad culturam redegerit. & de nutrimentibus animalium. nullus a te uel quolibet successorum tuorum decimas exigere presumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat predictum monasterium temere perturbare. aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. uel temerariis uexationibus fatigare. set omnia ut dictum est integra conseruentur. eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eius loci abbate, uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem & beati Benedicti

 regu-

regulam elegerint. Hoc ipſum & de aduocati conſtitutione precipimus. qui tamen aduocatus ſi fratribus grauis & monaſterio inutilis fuerit, amoto eo alius ſubſtituatur. Sane abbatis benedictionem, altarium conſecrationem, monachorum ordinationes ab epiſcopo in cuius eſtis Dioceſi accipietis. ſi quidem gratiam & communionem apoſtolice ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine prauitate uoluerit exhibere. alioquin liceat uobis catholicum quem malueritis adire. antiſtitem, & eadem ab eo ſacramenta ſuſcipere. Sepulturam quoque ipſius loci, omnino liberam eſſe cenſemus. ut eorum, qui illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni, & extreme uoluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. ſaluo in omnibus dioceſani epiſcopi iure ac reuerentia.

Ad indicium autem percepte huius a Romana eccleſia libertatis. aureum unum quot annis lateranenſi palatio perſoluetis. quemadmodum & a predictis nobilibus *ADELBERTO* comite & *FREDERICO* aduocato conſtitutum eſt. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat. reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei & Domini redemptoris noſtri Jeſ. Chriſti aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri Jeſ. Chriſti, quatinus & hic fructum bone

actio-

actionis percipiant. & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

	Ego Uictor catholice ecclesie episcopus.
Ego Johannes presb. Card. titulo SS. Silueri & Martini.	Ego Johannes botomiensis episcopus.
Ego Guido presb. Card. titulo Calixti.	Ego Riccardus melfictensis episcopus.

Dat. Sign. per manus Johannis S. Romane ecclesie subdiaconi & Scriptoris. anno dominice Incarnationis. M. C. L. VIII. Indictione VIII. Pontificatus uero domni Uictoris IIII. pp. anno primo.

N.

* Equidem neminem fugit, *Victorem* hoc nomine IV. in schismate electum, & Alexandro III. P. M. oppositum, legitimum Pontificem nequaquam fuisse. Quoniam ille uero opera *FRIDERICI* I. Imperatoris in pluribus conciliis confirmatus, a pluribus quoque Nationibus, alemania praesertim, pro uero Pontifice agnitus fuit; hinc non mirum, quod huius loci Abbas, Bullam protectionis ab eodem postulaverit, uti eadem quoque ab *Alexandro* III. concessa fuit. Porro de electione *Victoris*, atque *Bascalis* legi merentur *Friderici* I. Imperatoris epistolae quaedam apud *Freherum* inter scriptores Rerum germ. Tom. I. edit. struvianae pag. 420. epist. 3. ut & apud *Tolnerum* Histor. palat. in codice diplomatico N. LXI. & Bern. *Pezium* in codice diplamatico col. 419. ubi diploma, Monasterio Windbergensi concessum, hunc in modum concluditur: „datum in curia Papiae, ubi confirmatus est Victor Papa Id. „Febr. Indict. VIII. Anno dom. Incarn. M. C. LX. regnante Friderico Rom. Imp. gloriosissimo Anno regni eius VIII. Imperii vero „V.

N. XIV. Alexandri III. Pont. max. Bulla Protectionis Anno 1161.

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati, & Capitulo Altahensis ecclesie salutem, & apostolicam Benedictionem. Cum Monasterium vestrum nobis *nullo mediante* sit subiectum, de ipsius conseruatione specialem volumus, sicut debemus, sollicitudinem gerere, & eius Jura summopere conseruare. Inde utique fuit, quod Venerabili fratri nostro Ratisponensi Episcopo dedimus in mandatis, ut a molestiis, & grauaminibus eiusdem Monasterii omnino desistat, & Jura vestra integra, & illesa conservet, & faciat ab aliis conseruari. Nichilominus etiam Nobili Mulieri L. * *Bognensi Comitisse*, & *ALBERTO* filio suo scripsimus, ut Monasterium Vestrum diligere studeant, & in suis iustitiis confovere, & possessiones, quas ministeriales eorum in beneficium ab eodem Monasterio dicuntur irrationabiliter detinere, vobis restitui faciant, & in pace dimitti. Voluntatem siquidem, & fervens desiderium gerimus prescriptum Monasterium sincera in Domino caritate diligere, & eius feruentius intendere commodis, & augmentis. Datum Anagnie VIII. ydus decembris Pontificatus nostri anno secundo.

N. XV. Bulla Lucii III. P. M. confirmatoria Bonorum Anno 1184.

LUCIUS episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis *Wolframo* Abbati Monasterii sancti Petri in Alta, eiusque fratribus

* Haec est illa *LUTGARDIS*, *BERTHOLDI* II. Coniux, & Mater *ALBERTI* III. de qua non nulla ad Codicem Traditionum adnotavimus.

tribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur. animo nos decet libenti concedere. & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus. & prefatum monasterium sancti Petri in alta in quo diuino mancipati estis obsequio. sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. & presentis scripti priuilegio communimus. statuentes. ut quascumque possessiones. quecumque bona idem monasterium inpresentiarum iuste & canonice possidet. aut in futurum concessione pontificum. largitione regum vel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. firma uobis uestrisque successoribus. & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda. uocabulis. locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est. cum omnibus pertinentiis suis. *Drasselesfriede. Ossenpach. Leiuannesfriede. Chalberespach. Haimesperge. Aitinha. Plassanesperch. Adelhartesdorf. Hagenperg. Heich. Me:-pach. Pirche* tres curtes. *Gocholdesgrube. Chroleinesdorf. Hubenare.* tres curtes *Borascelle.* tres curtes. *Toueranesdorf. Rensten.* duas curtes. *Sikeleinesperge. Mennaha.* Molendinum. *Hicenperge.* predium. *Grube.* unum predium. *Ricemannesdorf.* tres curtes. *Temannesdorf.* tres uineas- & quidquid ibi habetis. *Velberch.* curtem. *Teufenbach.* duas curtes. Juxta unam curtem. *Mertanne. Puchperge. Radesmannesperge. Menna.* unam curtum. & Molendinum. *Haugencelle. Freindorf.* curtem *Riute.* duas curtes. *Harde. Strazchirchen. Vurlpach.* mansum unum. In *Buizchouen.* duas curtes. *Maetingen* curtem. *Silichinge.* tres curtes *Haiterhouen.* nouem mansos *Wintpozzingen.* curtem. *Harde. Hunderdorf* tres curtes. *Scorringe* dimidium mansum

Berndorf. tres manſos. *Dietricheſdorf.* curtem. *Tatingen* manſum. *Houedorf* duas curtes. *Penningen* curtem *Mirendorf* uillam *Wacenriede* uillam. & *Lederaren.* quatuor curtes. Sane nouallum ueſtrorum que propriis manibus aut ſumptibus colitis. ſiue de nutrimentis animalium ueſtrorum nullus a vobis decimas exigere aut extorquere preſumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad conuerſionem recipere. & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit abſque abbatis ſui licentia niſi artioris religionis optentu de eodem loco diſcedere. Diſcedenten uero abſque communium litterarum cautione nullus audeat retinére. Decimas preterea quas a quadraginta annis inconcuſſe tenuiſtis. & hactenus rationabiliter & ſine controuerſia poſſidetis. uobis nihilominus confirmamus. Cum autem generale interdictum terre fuerit. liceat uobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis & interdictis. non pulſatis campanis ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare. In parrochialibus uero eccleſiis quas habetis liceat uobis ſacerdotes eligere. & diocesano epiſcopo preſentare. quibus ſi idonei fuerint. epiſcopus animarum curam committat. ut ei de ſpiritualibus. uobis autem de temporalibus debeant reſpondere. Auctoritate quoque apoſtolica prohibemus. ne aduocatus ueſter. qui pro tempore fuerit. aliquam uiolentiam in ueſtro monaſterio exercere. ſeu bona ipſius alienare aliqua occaſione preſumat. ſed eo iure contentus exiſtat. quod ſibi antiquitus noſcitur inſtitutum. Si uero fratribus grauis. & monaſterio inutilis apparuerit. eo amoto. alium idoneum eligendi de auctoritate apoſtolica uobis. & ſucceſſoribus ueſtris concedimus facultatem. Sepulturam preterea ipſius

loci

loci liberam esse decernimus. ut eorum deuotioni & extreme uoluntati qui se illic sepeliri deliberauerint. nisi forte excommunicati uel interdicti sint. nullus obsistat. Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate. uel tuorum quolibet successore nullus ibi qualibet surreptionis astutia. seu uiolentia preponatur. nisi quem fratres communi consensu. uel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem. & beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum fas sit presatum monasterium temere perturbare. aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet uexationibus fatigare. sed omnia integre conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate. & diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens. contra eam temere uenire temptauerit. secundo. tertioue commonita. nisi reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. & a Sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri ihesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine diuine ultioni subiat. Cunctis autem eidem loca sua iura seruantibus sit pax Domini nostri ihesu Christi. Quatinus & hic fructum bone actionis percipiant. & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen.

Ego Lucius catholice ecclesie episcopus.

Ego Johannes presb. Card. titulo S. Marci.

Ego Theodorus Lortuensis & sancte Rufinensis sedis episcopus.

Ego

Ego Laborans presb. Card. S. Marie trans tiberim titulo Calixti.

Ego Henricus Albanensis episcopus.

Ego Pandulfus presb. Card. titulo basilice XII. Apostolorum.

Ego Theobaldus Hostiensis & Vellitrensis episcopus.

Ego Arditio Diacon. Card. S. Theodori.

Ego Gratianus sanctorum Cosme & Damiani Diac. Car.

Ego Gofredus sancte Marie in via lata Diac. Card.

Ego Albinus sancte Marie Noue Diac. Card.

Datum *Verone* per manum *Hugonis* sancte Romane ecclesie Notarii IIII. Non. Sept. Indictione II. Incarnationis dominice. anno M. C. LXXXIIII. Pontificatus uero Domni Lucii. pape. anno III.

N. XVI. Innocentius III. constituit conseruatores contra Comites de Bogen Monasterii Aduocatos An. 1207.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo, & dilectis filiis Preposito Ratisbonensi, & Abbati de *Prüel* Ratisbonensis Diecesis salutem & apostolicam Benedictionem. Dilecti filii Abbas, & Conuentus sancti Petri in *Altach* sua nobis conquestione monstrarunt, quod Nobiles Viri *BERCHTOLDUS*, & *ADALBERTUS* filii quondam *ALBERTI Comitis de Pogen* Ratisbonensis Diocesis occasione Aduocaciae, quam in eorum Ecclesia sibi vendicant, defensionem, quam ex illo sibi deberent officio, in persecutionem durissimam peruertentes

tentes ipſi, & miniſteriales ſui eiusdem Dioceſis homines eiusdem Eccleſiae uſque adeo gravibus moleſtiis inquietant, ut rebus propriis denudati ad aliorum ſe transferre dominia compellantur. Poſſeſſiones quoque, quas praedicta Eccleſia conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel aliorum donatione fidelium eſt adepta, dicti Nobiles, & alii ad eam inopiam redegerunt, ut fratribus in Eccleſia memorata degentibus vix poſſint ex eis procurari Victus tenuis, & Veſtitus, ac in multis aliis idem Nobiles, & alii exiſtentes ipſi Eccleſiae iniurioſi pariter, & moleſti, Perſonas Altaris obſequio deputatas uulnerare interdum, & ſpoliare propriis rebus non formidant. Volentes igitur eiusdem Eccleſiae indemptnitatibus precavere, que ad Romanam Eccleſiam ſpecialiter pertinere dignoſcitur, diſcretioni Veſtrae per apoſtolica ſcripta mandamus, atque praecipimus, quatenus Nobiles ipſos, ac alios, ut ab eiusdem Eccleſiae ſuper premiſſis indebita moleſtatione deſiſtant, & de dampnis, ac iniuriis irrogatis, tam plenam ei, quam debitam ſatisfactionem impendant, monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam ſublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obſtacula compellatis. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, tu ea frater Epiſcope cum eorum altera nihilominus exequaris. Datum Romae Pontificatus noſtri Anno nono.

N. XVII. Eiusdem Bulla Protectionis. an. 1207.

I*NNOCENTIUS* Epiſcopus, ſervus ſervorum dei, Dilectis filiis *Gotpolt* Abbati, & Conuentui in Altah ſalutem & ap. bened.

Datum Romae apud S. Petrum, Pontificatus noſtri Anno nono.

N. XVIII. Albertus IV. comes de Bogen donat tertiam partem fori Bogen, & restituit quaedam Bona iniuste possessa. Anno. 1220.

In Nomine sancte, & Indiuidue Trinitatis. Ego *ALBERTUS Comes de Bogen* omnibus in perpetuum; ✝ Quia sicut aqua ignem, ita & elemosinam extinguere peccatum & credo, & scio. Vnde ad noticiam presenti pagina omnium eam intuentium peruenire uolo, quod ego in obsequium Crucifixi ad transmarinas partes proficisci uolens, pro remedio anime mee, meorumque uenia delictorum, contuli Ecclesie in superiori Altha tertiam partem fori mei, quod *Bogen* dicitur, in perpetuum usum fratrum, ibidem Deo famulantium cum omnibus adtinenciis suis, & prediis, siue hominibus, seu etiam omni forensi iure, ac prouentu, sanctoque Petro Apostolo delegans omnem proprietatem eiusdem tercie partis, que hæreditarie contingebant fratrem meum *Leupoldum* cum omnibus appendiciis supra dictis. Vniuersis etiam bonis, eiusdem ecclesie, que hactenus á me uiolenter possessa & occupata iniusté, vel alienata sunt, integrè renuncio, nullum in hiis, & in prememoratis bonis ecclesie prefate a me collatis, ivs hereditatis, aut potestatis imposterum aliqua prorsus interveniente donacione, vel pactione relinquens. Nomina uero bonorum iniuste possessorum, sunt hęc. Quatuor curie in *Buchperge*. in *Vtendorf* predium unum, *Wassenperge* predium unum, in *Oede* predium & vinea, in *Kagere* predium, in *Hoestein* predium, in *Tannawe* pratum. Dotem in *Menna*, curia in *Tailsteten*. curia in *Sante*. curia in *Strafkirchen*, quatuor curie in *Gasteten*, curia in *Luegnärn*, due curie in *Heide*, due in *Riede*, Molendinum in *Laufe*, due curie

in

in *Melbach.* Ad maiorem igitur mee donacionis & renunciacionis effectum presentem paginam inde conscribi, & Sigilli mei munimine duxi roborari. Testes *Joannes Abbas de Winneberge*, *Gebhardus Marschalchus de Menna*, *Hartuic de Eia*, *Heinrich in Prvel.* *Albertus de Haybach.* *Rapoto Prepositus de Menna.* & alii plures. Actum, & datum in *Naterberc* Anno Domini M.CC.XX. indictione VII. octauo aprilis.

N. XIX. Adelheidis de Runting renovat donationem Ecclesiae Creuzkirchen Anno 1221.

Nouerit tam praesens etas, quam futura posteritas, quod cum ego *Alhaidis de Runting* olim *) tempore *Wolframi* Abbatis bone memorie de superiori Altach, donaverim super altare beati Petri ibidem coram Domino *ALBERTO* felicis memorie illustri *Comite de Bogen*, & aduocato eiusdem Monasterii, pro remedio anime mee, & progenitorum meorum Ecclesiam meam in *Krizenkirchen*, simul & predium meum ibidem cum omnibus attinenciis suis, agris scilicet & pratis, siluis & pascuis. Dictam verò ecclesiam sub tali forma Juris, & proprietatis, vt de memorato Monasterio, & non aliunde perpetuo in ea celebrentur diuina; nunc quia vicina morti mihi esse videor, & hominum nimis insidiosam cognosco cupiditatem, supradictam donationem tam ecclesie, quam etiam predii ad firmiorem fidei certitudinem studui presentibus renouare prefato Cenobio presidente Domino *Konrado* Venerabili Abbate, Domino vero *ALBERTO Comite de Bogen* solo superstite filio Comitis *ALBERTI* prememorati, quorum fideli tuitioni ipsam Ecclesiam, & predium sepefatum commendo super animas ipsorum inde coram. Deo responsuris, vt nullius usurpatio aut in-

* De hac Ecclesiae donatione vid. supra in cod. Tradit. N. XCIV.

inpetitio possit aut debeat contrarium subinferre. Presens autem pagina inde conscripta vtroque Sigillo tam Abbatis, quam & conventus & annuli nostri impressione roboratur.

Testes sunt, *Ulricus Decanus*, *Rudlibus Blebanus*, *Rudegerus* Conversus, *Reinoldus de Steinach. Heinricus de Zeidlarn*, *Henricus de Schambach. Marquardus* frater eius, *Wolframus Iudex. Albertus de Ernoldesvelden*, *Heinricus auf dem Brüel. Goswinus* Villicus de Krizenkirchen, *Conrat*, *Rudger*, *Ulreich*, *Heinreich*, *Engelschalchk*, *Trautman*, *Heinrich Glases*, *Kunrad*, *Vogenluger*, homines Abbatis, *Herman de Frindorff*. Hii Abbates interfuerunt. *Poppo Abbas de inferiori Altach. Rugerus Abbas de Metten. Ludwicus Abbas de Allerspach. Sewfridus Abbas de Walderbach*, & *Episcopus de Halberstat*. acta sunt haec in *Bogen* anno Dominice Incarnationis M.CC.XXI. Indictione nona.

N. XX. Honorii III. P. M. Bulla protectionis Anno 1224.

HONORIUS episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis .. Abbati & Conuentui Monasterii S. Petri de superiori Alta. Salutem & apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea: propter dilecti in Domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas & Monasterium uestrum cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum prestante Domino iustis modis poterit adipisci sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. specialiter autem de *Aiterhouen*. de *Monte sancte Marie*.

rie. de *Chrizzenchirchen.* & de *Mittervels* ecclesias cum pertinentiis suis. nec non possessiones & alia bona vestra sicut ea omnia iuste. canonice ac pacifice possidetis. uobis & per uos eidem Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis & confirmationis infringere vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei. & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum laterani. IV. Id. Iunii. Pontificatus nostri anno octavo.

N. XXI. Albertus IV. Comes de Bogen Largitur Jus Patronatus trium Ecclesiarum parochialium Anno 1225.

In memoriam posteritatis praesenti pagina transmitto, quod ego *ALBERTUS Comes de Bogen*, cum essem in procinctu constitutus proficiscendi in Apuliam ad Imperatorem, pro meorum venia delictorum, & ob eterne vite adeptionem, contuli Monasterio superioris Altach libera donatione Jus Patronatus trium Ecclesiarum fundatarum in Patrimoniis meis, quarum nomina sunt *Haselbach*, *Kunzell*, *Leuzendorf*, ut quacumque vocatione, siue successione legitime prolis rebus humanis exemptus fuero, suprasate Ecclesie pro iure Patronatûs integre respiciant prememoratum Monasterium. Ad huius igitur facti validiorem caucionem cartam conscriptam sigillo nostro insignivimus. Factum est hoc anno Domini M.CC.XXV. indictione existente VIII. Testes sunt *Alram de Hals*, & *Albrecht* frater suus,

Ebo, & frater suus *Ebo*, *Alhart de Yserhoven*, *Heinricus de Zeidlorn*, *Albertus de Erlbach*, *Henricus de Starzhausen*, *Henricus de Ahalming*, *Albertus Ludwicus*, & *Perehtoldus* de *Eruoldesvelden*, *Otto de Münchaim*, *Rudolphus Raute*, *Henricus*, & *Alhardus de Planchkenpach*, *Herman de Freindorff*, *Chunrat*, & *Engelschalck de Altach*. datum Non. Februarii regnante Friderico Romanorum Imperatore secundo feliciter Amen.

N. XXII. Idem renovat donationem fori Bogensis, & restitutionem Bonorum An. 1225.

In nomine Patris, & Filii, & spiritus Sancti Amen. Quia plurimum consulitur succedentibus annis, cum rerum gestarum conservatrix memorie intercedit scriptura. Agnoscunt ergo presentes, & percipiant futuri, quod ego *ALBERTUS comes de Bogen* providens anime mee saluti, terciam partem fori mei, quod dicitur *pogen* contuli ecclesie in superiori Altaha in perpetuum usum Fratrum ibidem Deo famulantium cum omnibus attinentiis suis & pretiis. siue hominibus. seu etiam omni forensi iure ac poventu, sanctoque Petro Apostolo delegans omnem proprietatem eiusdem tercie partis, que hereditariè contingebat frarem meum *LIVPOLDUM* cum omnibus appendiciis supra dictis. Vniuersis etiam bonis eiusdem ecclesie que hactenus a me violenter possessa & iniuste occupata seu detenta vel alienata sunt. integre renuntio. Quorum nomina sunt. quatuor Curie in *puhpere*. in *Vtendorf* predium unum. *Wessenperge* predium. in *Oede* predium & uinea. in *Kager* predium. *Houelin* predium, in *Tannvwe* pratum. Dotem in *Mennaha*, Curia in *Tailsteten*. Curia in *Santen*. Curia in *Straskirchen*. quatuor Curie in *Neratsteten*. Curia in *Lugenarn*. due Curie in *Heide*. due Curie

rie in *Riede*. Molendinum in *Lovfe*, quod redimendum eſt pro quinque talentis à Domno *Gerhoho*. Huius rei teſtes ſunt. *Alram. Albreht Kambenſes. Ebo* & frater ſuus *Ebo*, *Alhart de eſerhoven. Heinrich de Cidlarn*, *Albertus de Erlbach. Heinricus de Starzeshuſen. Heinricus de Ahalmingen. Albertus de Arnolteſvelde*, & *Ludewic*, & *Bertoldus*, *Otto de Municheim*, *Heinricus*, & *Alhardus de Plankenpach. Herman de Friendorf*, *Cunrat*. & *Engilſchalc de Altaha*. factum eſt hoc in preſentia Abbatum Domni *Popponis*, & Domni *Rudigeri* ante altare ſancti Mauricii in *Altaha*. Annectimus preterea predictis bonis uiolenter abſtractis duas Curias in *Melbach*. Et ut maioris ſit firmamenti preſens ſcriptura, ſigillum noſtrum appendimus. Actum eſt hoc anno M.CC.XXV. in Indictione exiſtente XIII. Regnante Friderico Imperatore Secundo feliciter. Amen.

N. XXIII. Idem renovat conceſſionem Juris Patronatus trium Eccleſiarum. an. 1232.

In nomine Domini. Amen. Cum tractatus quoslibet memoria dignos teſtium & ſcripture robore deceat confirmare, notum ſit omnibus preſentia inſpecturis, quod ego *ALBERTUS comes de POGEN* conſtitutus in propoſito & procinctu itineris transfretandi ad ſepulchrum Domini Dei noſtri, Patronatum & omne Jus, quod libera & quieta poſſeſſione in tribus habebam eccleſiis, *Haſelpach*, *Chuncelle* & *Leuzendorf*, pro remedio & ſalute anime mee libera, & firma donacione contuli monaſterio ſci Petri in altah ſuperiori, ſi ſine herede de uxore mea legitime genito moriens migravero ex hac uita. Ad huius igi-

tur donacionis ſtabilitatem perpetuam & cautelam ſigilli mei appenſione preſens eſt pagina roborata. Datum in Caſtro *Naternberch* anno Dni M.CC.XXXII. Indictione quinta. VIII. Kal. April. in annuntiatione beate Virginis. Hi ſunt teſtas. *Johannes Abbas de Winnberg. Wolfingus plebanus de Vihta. Vlricus* plebanus *de Buch. Rudigerus Notarius.* Laici. *Heinricus de pholing. Heinricus* filius eius. *Rudolfus de Welchenberch. Gebhardus marſcalcus de Menna. Wernhardus Dapifer de Otmaring. Heinricus Pincerna. Sigehardus & Meingotus de Prunſt. Chuno, Henricus - & Rudigerus de Rauſcandorf. Marquardus de Naternberch. Chunradus* filius eius. *Chunradus de altah. Engelſcalcus de furt. Albertus de Erlbach. Hainricus de Ahalming. Otto de Munchaim.*

N. XXIV. Innocentii IV. Bulla Protectionis An. 1246.

INNOCENTIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis.. Abbati & Conuentui monaſtarii ſancti Petri in Alta ordinis ſancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum. & uota que rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas ueſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. ſpecialiter autem domos, terras, poſſeſſiones, redditus & alia bona ueſtra ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis uobis & per uos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus.

&

& presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis & confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni. XV. Kl. Septembr. Pontificatus nostri anno tertio.

N. XXV. Concessio Areae & Vineae in Hofdorf Anno 1259.

Notum esse volumus universis presentia inspecturis, quod quidam miles dictus *Cuno de Hoffdorf* de consensu Vxoris sue, & heredum suorum ob remedium anime sue, nec non sibi succedentium de areis suis in iam dicta Villa *Hoffdorf* vnam Ecclesie in superiori Altach in donum proprietatis contradidit, & excolendum eidem Ecclesie in Hoffdorf. vineam deputavit, itá tamen, ut annuatim sibi una urna vini ex eadem Vinea solveretur, nisi forte Sterilitas privaret eandem Vineam cum fructu. Imo etiam predictus miles, aut heredes eius de duabus vrnis non debent requirere ullam partem, sed dum ex ea ad minus tres vrne, aut plus colligi videbuntur. ut autem fratres in Altach de consensu eorum annuerent de persolutione unius vrne solummodo, predictus miles *Chuno*, seu ad quemcunque heredum suorum hec bona fuerint devoluta, ipsam scilicet predicte Ecclesie Vineam debet defendere, ut omnes alii fructus Vinee dicto Cenobio plene cedant. Preterea adhibita est etiam talis conditio, ut si ante dictus *Chuno* in institutione eiusdem Vinee volet aut poterit interesse, aut alius loco sui, a nobis, seu etiam à Vinitore exigere nihil debet. Si vero non interfuerit, ni-

hilominus a Procuratore noſtro inſtitutio eſt habenda. Quod autem modus huiuſmodi ordinationis ſtabilis permaneat, atque firmus, ſigillo ſepè dicti Conventûs, & altero ſigillo videlicet Domini *Chunonis* Militis preſens eſt pagina roborata. Acta ſunt hec anno Domini M.CC.LVIIII. Teſtes huius rei ſunt Conventus in ſuperiori Altach. Laici &c.

N. XXVI. Leo epiſcopus Ratisbonenſis transfert Proprietatem Prati in Haken An. 1266.

Nos *LEO* miſeratione divina Ratiſponenſis Epiſcopus vniverſis preſentes litteras inſpecturis volumus eſſe notum, quod cum Heinricus Illuſtris Dux Bavarie à nobis in feodo tenuerit pratum prope Lynach dictum in dem *Haken*, & ab eodem Duce recepiſſet in feodo idem pratum *CONRADUS* Nobilis Vir *Comes de Moſpurga*, & ab ipſo teneret in feodo *Albertus de Pirnprunn*, & Venerabilis Abbas, & Conventus de ſuperiori Altha idem pratum emiſſent ab eodem *Alberto de Pirnprunn* de conſenſu *Friderici* dicti de *Püdernſtorff* ſororii ſui, nos ad reſignacionem liberam Ducis, Comitis, & *Alberti de Pirnprunn* predictorum rite, factam ordine ſucceſſivo, prout ſuperius eſt expreſſum, dedimus & tradidimus proprietatem, & poſſeſſionem dicti prati cum omnibus pertinenciis ſuis de conſenſu Venerabilium fratrum noſtrorum *Heinrici Prepoſiti*, *Alberti Decani*, & Capituli Ratiſponenſis Eccleſie Monaſterio ſuperioris Altha in perpetuum poſſidendum. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus Prepoſitus*, *Albertus Decanus* prenominati. *Heinricus de Winſpach* Archidiaconus. *Pertoldus de Oberndorff* Archidiaconus. Magiſter *Vlricus Vicedominus*, & Cuſtos Eccleſie noſtre *Chunradus de Chefring*. *ALTMANNUS Comes de Rottenek*. *Kalho-*

kus

kus Archidiaconus. Albertus de Pleinſtein. Ortlibus de Särching. Weichardus de Hütt. Heinricus de Firmiano. Fridericus Lewching. Aerbo Archidiaconus. Bechtoldus de Monaſterio. Canonici Eccleſie Ratiſponenſis, & alii quam plures. In cuius rei euideutiam, atque robur preſentes litteras aſſignauimus dicto Monaſterio de ſuperiori Altach - Sigillorum noſtri videlicet, & Capituli noſtri munimime inſignitas. datum Ratiſpane anno Domini M. CC. LXVI. VII. Kal. Octobris.

N. XXVII. Sententia iudicialis ſuper Decimis in Geltolfing Anno 1266.

Nos *LEO* miſeratione diuina Ratiſponenſis Episcopus Vniverſis per preſentes Litteras declaramus, quod Venerabilis *Abbas de ſuperiori Altah Chunradum Plebanum de Geltolfing* conuenit coram Judice a nobis ſpecialiter deputato, uidelicet Domino *Vlrico de Dornberch*, *Cappellano noſtro*, ſuper Decimis de Dote in *Geltolfing* tam maioribus, quam minoribus, quas idem Abbas allegabat de jure, & conſuetudine approbata ad Monaſterium ſuum, & eccleſiam in *Aiterhofn* in duabus partibus pertinere. Quamuis dictus Plebanus de *Geltolfing* contrarium oſtendere niteretur, verum quia predictus Abbas iuſtis & legitimis probacionibus hoc euicit coram predicto Judice noſtro, quod tercia pars earundem Decimarum tam maiorum, quam minorum ad ſuum Monaſterium, & tercia pars ad prefatam Eccleſiam in *Aiterhofn* de iure debeat pertinere, Nos eidem Abbati ſuper hoc litteras noſtras dedimus ſigilli noſtri robore communitas, ne impoſterum à quoquam ſuper hoc calumpniam paciatur. Cuius rei teſtes ſunt. *Heinricus Abbas de Richenbach, Heinricus Abbas in Münſter, Heroldus Abbas in*

En-

Enstorf, *Pero Decanus de Puche*, *Hertwicus Plebanus in Struting*, *Vlricus Plebanus in Shambach*, *Ditmarus Plebanus in Walhenstorf*, *Eberhardus Plebanus in Haselpach*, & alii plures. Datum Ratispone anno Domini M. CC. LX. VI. XII. Kaln. Octobr.

Henricus Bav. Dux recognoscit Jus Patronatus Ecclesiarum in Conzell, Haselbach, & Loizendorf Anno 1267.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia *Palatinus Comes Rheni*, *Dux Bawarie*, tenore presentium declaramus, quod cum inter nos, & Ecclesiam de superiori Altah super Jure Patronatus Ecclesiarum in *Chuncelle*, in *Haselbach*, in *Leutzendorf* ratione successionis hereditarie, qua bone memorie Patruo nostro *ALBERTO Comiti de Bogen* in universali hominum, & bonorum suorum possessione successimus, questio verteretur, devotione tandem & meritis dilecti nobis Domni *Popponis*, Venerabilis Abbatis de *superiori Altah* inducti, & privilegiorum super hoc exhibitorum tenore instructi, plene cessimus & renunciauimus omni actioni, siûe Juri Patronatûs, quod in ipsis Ecclesiis nobis, & Heredibus nostris competiit, vel competere videbatur, recognoscentes libera professione Jus predicti Monasterii in hac parte. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi dedimus nostri sigilli munimine roboratas. datum in *Landawe* Anno Dominice Incarnationis M. CC. LXVII. nono Kalend Novembris. Testes etiam sunt *Heinricus de Pföling. Seyfridus de Sigenhoven, Otto de Strubingen. Dapifer de Ekkemvl.* Item Venerabilis Abbas de Inferiori Altah *Hermannus*, item *Albinus Cellerarius* ibidem, & *Chunradus* Notarius.

N.

N. XXVIIII. Confirmatio episcopalis supradicti Juris Patronatus Anno 1268.

Nos *LEO* miseratione divina Ratisponensis Episcopus Universis presentia inspecturis volumus esse notum, nos perspexisse litteras Domini *HEINRICI* Illustris *Ducis Bauarie* salvas omnimodis in hec verba. „*Nos Henricus Dei gratia Palatinus Comes Reni Dux Bavarie tenore presentium declaramus*, *&c.* ut supra N. XXVIII. Verum quia nostra auctoritas, & consensus in huiusmodi renunciatione, & concessiene videtur esse, & est necessarius, ratum & gratum habemus pro nobis, & nostris successoribus, quidquid per Dominum *HENRICUM* Illustrem Ducem actum est pro Ecclesia *superioris Altach* de Jure Patronatus trium Ecclesiarnm superius expressarum. Vnde etiam presentes litteras conscribi, & sigillo nostro placnit roborari. Datum Ratispone anno Domini M. CC. LXVIII III. Nonas Septembris.

N. XXX. Amicabilis compositio super decimis inter Monasterium & Ecclesiam S. Joannis Ratisbonae Anno 1269.

L*EO* miseratione divina Ratisponensis Episcopus omnibus presentia inspecturis Volumus esse notum, quod cum inter Monasterium sancti Petri in *Obernaltach* ex una parte, & Ecclesiam sancti *Johannis* Ratispone ex altera super quibusdam Decimacionibus culture Monasterii *Obernaltach* adtinentiis, ac etiam Vinearum in *Furt*, in *Mennach*, in *Gachsteten*, nec non omnium novalium in territorio predicte Ecclesie Althaensis, que Monachi ibidem sumptibus, sive manibus pro-

priis runcauerunt, lis verteretur, nos paterna ſollicitudine timentes utrique parti labores inſurgere, & expenſas, inſpectis, & diligenter diſcuſſis utriusque Eccleſie privilegiis, ac etiam atteſtacionibus Teſtium auditorum, quas ſuper quadragenaria preſcriptione predictarum decimacionum Abbas de *Obernaltach* produxerat, de conſenſu Prelatorum utriuſque Eccleſie, Abbatis videlicet predicti, & ſui Conventus, & Prepoſiti, Decani, ſancti *Johannis*, & ſui Capituli, talem fecimus amicabilem compoſicionem, ut Eccleſia in *Obernaltach* tribus ſcaffis ſiliginis ratisponenſis menſure, quas annuatim de tribus Curiis, videlicet in *Gachſteten*, & in *Freindorff* Eccleſie ſancti Johannis Ratispon. ſoluebat, unam ſcaffam Ordei, & unam avene eiuſdem dem menſure evectione uſque Ratiſponam per Obernaltachenſe Monaſterium procurata annis ſingulis ſuperaddat. Harum autem quinque ſcaffarum ſumma omni caſu contingente annuatim Eccleſie ſancti Johannis per Monaſterium in Obernaltaich ſicut prediximus ſolvi debet, niſi malum grandinis, vel ſterilitatis, gwere, ſive incendii horum gtanorum cariſtiam fecerit, & hoc probatum per teſtes idoneos de vicinia fuerit, tunc pro ſcaffa ſiliginis octoginta denarii vſuales, pro ſcaffa Ordei ſexaginta Denarii vſuales, pro ſcaffa avene quadraginta Denarii vſuales procul dubio perſolvantur anno quolibet infra feſtum Beati Galli. Nulla autem deinceps queſtio moveri debet Monaſterio in Obernaltach ſive de nutrimentis aliorum, ſive ſuper Decimacionibus culture Monaſterii eiuſdem, & Curie in *Gachſteten*, & duarum Curiarum in *Freindorff*, & vinearum predictarum, ſive novalium runcatorum, & runcandorum infra territorium Monaſterii Altahenſis. Vt autem talis amicabilis compoſitio utrique Eccleſie rata, & firma in perpetuum permaneat, & ne

poſſet

poſſet oriri queſtio ſuper talibus ab Eccleſiis ſupra dictis, preſentes litteras noſtro ſigillo, & Abbatis, & Conventus in Obernaltach, pariterque Præpoſiti, & Capituli ſancti Johannis Ratiſponenſis dignum duximus communiri. Actum & Datum *Ratiſpone* anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo nono, indictione duodecima in octava ſancti Laurentii Martyris.

N. XXXI. Arbitrium de tribus Hubis in Hubern An. 1272.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia *palatinus Comes Rheni Dux Bawarie.* omnibus preſentia inſpecturis volumus eſſe notum, quod cum inter Venerabilem abbatem de *Obernaltach* ex una parte, & *Fridericum de Ramſperch* ex altera, lis verteretur coram nobis in *Camb*, de tribus Hubis in *Hvbern*, abbate praedicto aſſerente, quod ex morte *Herbardi de Ramſperg* eedem hvbe vacare cepiſſent Eccleſie ſue libere, & abſolute, & predicto *Friderico* econtra pretendente, quod ipſas hvbas deberet poſſidere pro tempore vite ſue, tandem vtraque parte in nos compromittente, predictam litem decidimus in hvnc modum, ut duas hvbas iam dicti predii ex nunc & deinceps, cum omnibus attinenciis ſuis, agris, ſiluis & pratis, eccleſia in Obernaltah poſſideat abſolute, terciam vero hvbam eiuſdem predii cum omnibus attinenciis ſuis habeat *Fridericus de Ramſperch* tantum pro tempore vite ſue, ita quod ipſo obeunte ad nullum heredum ſuorum ipſa hvba habebit reſpectum, ſed mox ad vſus eccleſie in Obernaltah libere reuertetur. In cuius rei euidenciam preſentes litteras ſigillo noſtro fecimus communiri. Dat. Anno Dom. M. CC. LXXII. Quinto Idus Aprilis.

N. XXXII. Gregorii Papae X. ampliſſima confirmatio omnium Bonorum & Jurium Anno 1274.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis. Abbati Monaſterii ſancti Petri in ſuperiori Altah. eiuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis. in perpetuum. Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & Monaſterium ſancti Petri in ſuperiori Altah Ratisponenſis Diocefis in quo diuino eſtis obſequio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Dei & beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones quecumque bona idem Monaſterium impreſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum (largitione Regum) uel Principum (oblatione fidelium) ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma uobis ueſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt. cum omnibus pertinentiis ſuis. In *Gahſteten* unam curiam cum omnibus pertinentiis ſuis. Villam in *Furt* cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis & Jurisdictionem temporalem quam habetis ibidem. In villa *Freindorf* tres curtes. tres areas & vnum predium cum omnibus pertinentiis eorundem.

In

In *Salah* vnum predium. In *Obernmennach* vnam curiam cum pertinentiis ſuis quam nobilis vir Dux *HEINRICUS* Monaſterio ueſtro contulit intuitu pietatis. & vnum Manſum quem habetis ibidem. In *Nidernmenna* pi der tann Vnam Curiam, Manſum unum, tria predia, & Molendinum, cum aquarum decurſibus ac omnibus pertinentiis eorundem. & vnam aream quam habetis ibibem. In *Linah* vnam curiam cum agris, pratis, piſcariis, paſcuis, ſiluis, & omnibus pertinentiis ſuis, ac Molendinum, predium, & pratum *in Deinhaken*, que habetis ibidem. In villa *Reibrethſtorf* vnum predium cum piſcaria. & alia duo predia que habetis ibidem. In *Reut* vnam Curiam & tria predia. In *Hard* iuxta *Cheznah* Curiam vnam & duo predia ac ceteras poſſeſſiones que uocantur uulgariter *in Wertſaigen*. *In Derpruenſt* vnum predium. In *Spaerre* duas curias. Villam *Meirndorf*, cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis. In *Reinchaim* vnam Curiam. In *Perndorf* iuxta veterem eccleſiam vnam Curiam & Quatuor predia. In *Leuboting* vnum predium. In *Praintenweinzer* vnum Manſum. In *Doerſlein* vnum Manſum. In *Aenning* vnam Curiam & vnum predium. In Villa *Radmanſperg* vnam Curiam & ſeptem predia. In *Krizerchirchen* vnam Curiam & vnum predium. In *Hoſlein* prope *Mittervels* vnam Curiam. In *Chogel* vnum predium. In *Walhenſtorf* vnum predium. In *Wachſenperg* ſiluam & pratum cum omnibus pertinentiis eorundem. In *Weingarten* vnum predium. In *Hartperg* vnum predium. In *Zakkenperg* vnum predium. In *Teufenpach* vnum Manſum & dimidium. In *Habenteufenbach* vnam Curiam. In *Aich* vnum predium. In *Pilgreinſperg* predium vnum. In *Dofranſtorf* Curiam vnam cum omnibus pertinentiis ſuis. In *Zirlarn* predium vnum. In *Renften* Curiam unam

& dimidiam. In *Engleinstorf* duos Mansos & vnum predium. In *Puchel* tria predia. In *Hubaern* tres Mansus. In *Oed* vnum predium. quod quondam *Schaeubingus* Monasterio uestro pia devotione donauit. In *Sikkleinsperg* vnam Curiam & duo predia. In *Reisach* duo predia. Apud fluuium *Mennach* vnam Curiam. In *Burheinmuel* vnum Molendinum. In *Hizenperg* Duas Curias & vnum predium. In *Honingaern* vnam Curiam & Duo predia. In *Hellensgrub* vnum predium. In *Azencell* tria predia. In *Gaevnach* vnam Curiam & Molendinum quod habetis in loco qui dicitur *Mose*. In *Lanzenperg* vnum predium. In *Schonmanstorf* duo predia. In *Minnpach* Duas Curias. In *Chromleins-Furt* duo predia. & siluam vnam in *Rudleinsprunn*. In *Hoflein* in monte *Velberg* Vnum predium. Villam de *Ruzmanstorf*, cum appenditiis & omnibus pertinentiis suis. In *Pasleinsperg* vnam Curiam. In *Rekkesperg* vnum predium. Villam de *Teimanstorf* cum omnibus appenditiis & pertinentiis suis. In *Absetz* predium vnum. In *Wise* iuxta *Satelpogen* vnum predium. In *Chirchweg* vnum predium. In *Muzendorf* vnum predium. In Villa *Haibach*. Curiam vnam. In *Immhofn* duas Curias cum omnibus perrinentiis earundem. In der *Muethnah* vnum Molendinum. In *Tichling* duo predia, & vnam Insulam, & vnam piscariam. Villam de *Chaphfelberg* cum omnibus appenditiis & pertinentiis suis. In *Hagencell* vnam curiam & vnum predium. In Villa *Aiterhofen* Decem Mansos cum omnibus pertinentiis & appenditiis eorundem. In *Burring* vnum predium. In *Silicking* duas Curias & quatuor predia & vnum Molendinum cum omnibus pertinentiis eorundem. & vnam siluam prope ysaram. In *Wintpozzing* vnam Curiam. In *Hard* vnam Curiam. In *Chai* vnam Curiam. In *Landstorf* vnam Curiam cum pascuis, piscariis, & omnibus pertinentiis suis. In *Aeting* vnum predium. In

Mae-

Maeting vnam Curiam. In *Chirchmaeting* vnum Manſum & dimidium. In *Sneuding* duo predia. In *Walmung* vnam Curiam. In *Paetring* vnum predium. In *Berge* vnam Curiam. In *Bornchofn* vnum predium. In *Furlpach* vnum Manſum & dimidium. In *Tatting* vnam Curiam & tria perdia. In *Peutzkofen* duos manſus & dimidium. In *Wermbrethſtorf* vnum predium. In *Maetinhhofn* duas Curias. In *Puzenchofn* vnam Curiam. In *Strazchirchen* tres Curias. In *Diethalmchofn* vnum predium. In *Sant* redditus paſſagii quos percipitis ibidem in flumine Danubii nec non Manſum, duas piſcarias & tria predia,que habetis ibidem. In *Hunderdorf* quinque predia. In *Schorring* vnum Manſum. In *Ebling* tres Manſos. In *Vetling* duos Manſos. In *Emichendorf* vnam curiam. In *Hofdorf* apud *Aiterah* duos Manſos. In *Praitenowe* tria predia. In *Drahſelrid* octo predia & vnum Molendinum. In *Liuſansrid* quatuor predia. In *Ohſenpach* Tria predia. In *Aich prope Nuzperch* duas Curias. In *Pirchae* tres Curias & duo predia. In *gnannrid* vnum predium. Villulam de *Grub*. In *Chalberſpach* vnam Curiam & tria predia. In *Veldarn* vnam Curiam. In *Schubelſperg* vnum predium. In *Slatzendorf* duo predia. In *Hagenberg* vnam Curiam. In Himlarn vnum predium. In *Aitnak* vnam Curiam cum omnibus pertinentiis ſuis & tria predia. In *Plaſſenperg* vnam Curiam & duo predia. In *Haitzencell* vnum predium. In *Weidah* vnum predium. In *Ridlein* Tria predia. In *Gokkoltſgrub* vnam Curiam. Vineas in toto monte de *Furt*. Vineas in toto Monte *de Mennah*. Vineas in toto monte de *Gahſtetten*. Vineam vnam in *Pogen*. Vineam unam in *Hofdorf* in ſacco, & vnam vineam in *Chrumpach*. Decimas groſſas & minutas quas percipitis in parochiis Eccleſiarum de *Vihtah*. de *Praeckenpach*. de *Pebrach*. de *Girſtal*. de *Chunncelle*. de *Haſelpach*. de *Haibach*. de *Raitenperg*. de *Chrizenchirchen*. de *Altah*. de *Pogen*.

&

& de *Aiterhofen*. Jus patronatus quod habetis in ecclesiis, uidelicet *Pogen*, *Aiterhofen*, *Chunncelle*, *Haselpach*, *Luitzendorf*, & *Chrizenchirchen*. Terras quoque possessiones, redditus & cetera alia iura ac iurisdictionem temporalem que in predicta Diocesi Monasterium uestrum noscitur obtinere cum terris pratis uineis nemoribus usuagiis & pascuis in bosco & plano in aguis & Molendinis, in Viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane noualium uestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactinus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis, nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos, uel laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in Monasterio uestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere. discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis ianuis exclusis excommunicatis & interdictis non pulsatis campanis suppressa uoce diuina officia celebrare. dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma uero oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promouendi a Diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit & gratiam & communionem sacrosancte Romane sedis habuerit & ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochie uestre si eam habetis nullus sine assensu Diocesani episcopi & uestro Capellam seu oratorium de nouo construere audeat.

deat. ſaluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec nouas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis & Epiſcopis Archidiaconis ſeu Decanis aliiſque omnibus eccleſiaſticis ſecularibuſque perſonis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni & extreme voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint niſi forte excommunicati uel interdicti fuerint aut etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat. Salua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum a quibus morthorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad ius eccleſiarum ueſtrarum ſpectantes que a laicis detinentur redimendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad eccleſias ad quas pertinent, reuocandi. libera ſit uobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu uiolentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu uel fratrum maior pars ſanioris conſilii ſecundum Deum & beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquilitati veſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere uolentes auctoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum ueſtrarum nullus rapinam ſeu furtnm facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere, ſeu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis Pontificibus Monaſterio ueſtro conceſſas nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus Principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere pertur-

bare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate & Diocesani Episcopi canonica iustitia ac in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue communita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui careat dignitate reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen.

Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus
Ego Frater Johannes Portuensis & sancte Rufine episcopus
Ego Petrus Tusculanus episcopus.
Ego Vicedomnus prenestinus episcopus
Ego frater Petrus Ostiensis & Veltriensis episcopus

Ego Symon titulo sancti Martini presb. Card. SS.
Ego Ancherus titulo sancte Praxedis presb. Card. SS.

Ego Ottobonus sancti Adruani Diacon. Card. SS.
Ego Jacobus sancte Marie in cosmydin Diac. Card SS.

Ego

Ego Guillielmus titulo sancti Marci presb. Card. SS.

Ego Gottofridus sancti Georgii ad Velum aureum Diac. Card. SS.

Ego Vberius sancti Eustachii Diac. Card. SS.

Datum *Lugduni* per manum Magistri *Lafranci* Archidiaconi Bergamensis sancte Romanè ecclesie Vicecancellarii. VIII. Kl. Octobr. Indictione III. Incarnationis dominice anno MCCLXXIIII. Pontificatus uero Domni *GREGORII* pape X. anno Tertio.

N. XXXIII. Amicabilis Compositio Inter Plebanum Aitterhovensem & Capellanum in Geltolfing An. 1276.

Nos *LDO* miseracione divina *Ratisponensis Episcopus* universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum felicis recordationis *CHUNO* & *HARTWICUS* Antecessores nostri deliberacione provida concessissent *Popponi* Patrono Capelle in *Gelttolfing* in ipso predio residenti, ad quod dicta Capella pertinet ex antiquo, ut ipsius familia salvo iure parochialis Ecclesie in *Aitterhoven* sepeliretur ibidem, & baptisma reciperet parvulorum. Tandem nostris temporibus exorta questione inter plebanum de *Aitterhoven* ex una parte, & Rectorem dicte Capelle ex altera, qui nomine familie possent vel deberent merito comprehendi. Nos de Consensu Illustris Principis Domini *HEINRICI Comitis Palatini Reni Ducis Bawarie* ambiguitatem predictam sic interpretandam duximus, ut familie nomine tantumodo debeant comprehendi homines, ad predium in *Geltolfing* proprietatis vel feudi tytulo pertinentes, qui in ipso predio commorantur. In aliis vero hominibus cuiuscumque condicionis existunt, Plebano in *Aitterhoven* ius pa-

rochiale deinceps libere remanebit. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum placuit communiri. teſtibus qui preſentes ſunt nichilominus ſubnotatis. & ſunt hii. *HEINRICUS Comes de Roteneke*, Eccleſie noſtre Archidiaconus. *Wolfgangus Ven. Abbas ſci Emmerami Rat. Wernherus Ven. Abbas de Prvſening. Poppo Ven. Abbas de Obernaltah, Otto de Strvbing Vice dominus. Heinricus de Moſdorf Magiſter curie, Magiſter Fridericus predicti Dni Ducis Notarius. Albertus Capellanus noſter.*

N. XXXIV. Sententia iudicialis ſuper una Piſcaria in Reiberſtorf de Anno 1276.

Ego *Otto de Strvbing*, *Domini HEINRICI Illuſtris Ducis Bawarie Procurator* vniverſis hanc litteram intuentibus uolo eſſe notum, quod Domnus *Poppo* Venerabilis Abbas Eccleſie *in Obernaltach* coram me ex iuſſu Domini Illuſtris Ducis Bawarie tunc preſidente iudicio, euicit rigore iuris & ſententialiter optinuit, quod Eccleſia memorata, uidelicet *Obernaltach* habet unam piſcariam in *Rreibrehtſtorf*, in qua piſcatores dicte Eccleſie, uel quoſcumque dictus Abbas ad hanc deputauerit, libere piſcabuntur, nec ab aliis piſcatoribus debent aliqualiter impediri. In cuius rei teſtimonium preſens ſibi dedimus inſtrumentum noſtri Sigilli robore communitum. Teſtes autem qui interfuerunt, ſunt hii, *Albertus Prepoſitus dictus Stainhavf*, *Vlricus Judex dictus Schell*, *Herwardus de Reibrehtſtorf*, *Fridericus de Furt*, *Hertwicus Oeder*, *Marquardus Preco*, *Hugo. Heinricus Sprawer*, & alii quam plures. Datum anno Domini M. CC. LXX. ſexto, Quarto Kalend. Maii.

N.

N. XXXV. Arbitrium circa Jura utriusque Ecclesiae in Aitterhoven & Geltolsing. An. 1276.

Nos *LEO* miseracione divina Ratisponensis Episcopus universis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum inter *Ortlibum Plebanum* Ecclesie in *Altterhoven* ex parte una, & *Albertum de Straubing* ex parte altera super iuribus ipsius *Capelle in Geltolsing* discordia orta esset, tandem in nos tamquam in arbitrum, sive compositorem amicabilem, de scitu *H. de Mosdorf Magistri Curie Domini H. Illustris Ducis Bawarie Comitis Palatimi Reni*, de Consensu utriusque partis extitit compromissum, qui eandem questionem de utriusque partis voluntate & Consensu terminavimus in hunc modum, quod familia supradicti Alberti una cum aliis hominibus, qui in quinque Curiis & duobus molendinis ibidem sitis, resident, & qui ipsi predio in *Geltolsing* titulo proprietatis attinent ab antiquo, ac generaliter universi, & singuli quicumque Castellani eiusdem *Alberti* existunt, vel quos ipse suam reputat familiam, sine qualibet capcione ab ipso plebano in *Geltolsing* recipere debeant quelibet ecclesiastica Sacramenta, ac occasione eorundem Sacramentorum percipere, quecumque de iure percipi poterunt & debebunt. ita tamen, quod Matrici Ecclesie in *Aitterhoven* in solucione tam minoris quam etiam majoris decime ex hoc non debeat aliquod preiudicium generari. In cuius rei testimonium presentes litteras nostri sigilli robore iussimus communiri. datum Ratispone An. Dni. M. CC. LXX. sexto. VII. Idus Augs.

N. XXXVI. Conceſſio Areae ad Vitalitium An. 1276.

In nomine Domini Amen. Ego *Bernoldus* dictus *Noetzel* camerarius eccleſie *inferioris monaſterii.* Tenore preſencium profiteor & proteſtor, quod conceſſi aream quandam eccleſie in *Obernaltach* ſitam in oriente apud danubium ad terminum vite trium perſonarum, videlicet *Nycolai de Chürnberch*, *Chunradi filii officialis ſubdiaconorum*, & *Hertwici ſcolaris dicti de Pogen* libere poſſidendam, tali tamen condicione, quod eccleſia memorata mihi uel meis poſteris, ad quoscumque dicta area deuoluta fuerit, dimidiam libram Ratisponenſium denariorum ſingulis annis in vigilia uel in die beati Emerammi iure ciuili de memorata area perſoluere non obmittat. Et ut hoc ratum permaneat & inconuulſum, placuit preſentem litteram ſigillo Dni *LEONIS* Ratisponen. Eccleſie Epiſcopi, nec non & Sigillo communitatis ciuium Ratiſp. roborari. Huius rei teſtes ſunt hii. Domnus *Chvnradus abbas ſancti Viti in Pruel. Chunradus Capellanus ſuus. Alhardus quondam abbas in Enſtorf. Frater Eberhardus de alta. Rudgerus tunc Magiſter ciuium dictus de Capella. Dietricus de auwe. Karolus frater ſuus. Heinricus de Strubinga. Chunradus Muſchoph. Fridericus Schrautan. Rudgerus Segaer. Otto de Vohental. Chunradus Inringaer. Rupertus, ſervi Dni abbatis de Pruel. Hertwicus Oedaer.* & alii quam plures. Datum *Ratiſpone* Anno dni M. CC. LXXVI. Quarto Idus Aprilis.

N. XXXVII. Fundatio Infirmariae. circa an. 1283.

Nouerit vniuerſitas futurorum, Quomodo pie memorie Domnus *Chunradus* Cognomento *piper* Venerabilis Abbas

Mo-

Monasterii sancti Petri Apostoli in *Superiori Altach*, quomodo circa annum Domini. Millesimum. centesimum nobilis Domnus, Domnus *FRIDRICUS* Ratisponensis Ecclesie Re & nomine Aduocatus innouauit. in prouincia Pognensi, iuxta Danubium, ad diuinam laudem & fidelium memoriam. inibi secundum beati Benedicti Regulam perpetuo celebrandam, inter cetera egregia sue probitatis opera. considerans maximam Abbatis curam esse debere, ne Infirmi a Cellerario aut seruitoribus negligantur. Ipsis infirmis fratribus specialem cellam super se. cum consensu & confirmatione Domni *HEINRICI* dicti *de Rottenekk* Ratisponensis Episcopi. deputauit, ex cuius redditibus seu prouentibes habitis & habendis. seruitor timens Deum & diligens ac sollicitus, infirmorum curam ante omnia & super omnia exhibeat & procuret. sed quia acta hominum a futuris generationibus sine scripture amminiculo sciri non poterunt. res suas eidem Infirmorum cellule ad Dei laudem. fratrum consolationem, & suarum animarum remedium & memoriam. offerentes & oblatos. vna cum aliis eiusdem cellule seu officii. ordinationibus aut relationibus. in presenti libellulo. quasi in Registro. conscripsimus & conscribimus. secundum ordinem temporum, nominetenus & expresse, vt posteri sciant. cur quorumdam habere debeant & teneantur memoriam specialem.

Querelae Ortolfi Plebani in Aitterhoven contra Capellanum in Geltolfing. Anno 1284.

Coram vobis Reverendo in Christo Patre, & Domino *HENRICO* Venerabili Ratisponensi Episcopo, ego *Ortolfus Plebanus in Aiterhouen* conquerendo propono, contra Dominum

num *Chunradum Capellanum de Geltolfing*, petens mihi de infra fcriptis articulis iufticiam exhiberi. Primo conqueror & propono conqnerendo, quod Sacrificium de *Chuglerinna* oblatum non repofuit apud *Erlingerium*, fecundum formam convencionis inter nos habitam fed ipfe temerarie recepit partem quam reponere debuit apud *Erlingerium* ante dictum. item conquerendo propono, quod in preiudicium meum, & contra iuftitiam recepit facrificium de *Haedwigii filia Waltheri Erlingerii* plus quam ad unam libram, quod ad me debet nunc, & tunc etiam debuit pertinere. item conquerendo propono, quod in alienam meffem temerarie mittens falcem, recepit in Ecclefia mea in *Aiterhouen* facrificium oblatum de *milite Erlingerio* me apud & inter Phyficos quafi mortuo exiftente. item conqueror, quod impedit, & perturbat predictus Capellanus me in decimis maioribus, & minutis in villa *Geltolfing* apud villicos & manfionarios, & impedit etiam mihi denarios decimales. item areas in communi loco fitas dicit effe fuas, & ibidem habitantes dicit effe fuos parochiales. de his omnibus & fingulis mihi peto iufticiam exhiberi faluo inre addendi, minuendi, prout dictauerit ordo iuris. Proteftor tamen, ut ad probandum me ulterius non adftringo nifi quantum intencioni mee fufficit, fiue ad victoriam queftionis, feu etiam queftionum, Proteftor etiam de aliis actionibus mihi contra dictum Capellanum competentibus, fuo loco & tempore proponendis, infuper proteftor de expenfis futuris in lite, feu occafione litis etiam faciendis. Acta funt haec ao. Dni. M. CC. LXXX. quarto XVI. Kal. Febr.

N.

N. XXXIX. Venditio Curiae Ainzemſperg 1286.

Ego *Conradus de Schönſtain* Miniſterialis Domini *HAINRICI* Illuſtris Ducis Bauarie notum facio vniuerſis preſentia inſpecturis me Curiam meam in *Ainzemſperg*, que iure proprietatis adtinebat Domino *Conrado Plebano de Cunzel*, pro Summa duodecim librarum, liberé, & integraliter vendidiſſe, & ut nihil queſtionis, aut calumpnie mihi, vel heredibus meis, vnde preſatam Curiam poſſimus, aut debeamus impetere, in poſteros remaneat, ego, & predicti heredes mei omni iuri, quod in eadem habebamus Curia, plenarie ceſſimus, & titulum proprietatis ſuper Altare ſancti Petri in *Altha Superiori* in manus Domini *Conradi* Abbatis eiusdem loci tradidimus abſolute, predictus autem Plebanus redditus prelibate Curie tenebit pro tempore vite ſue, & quidquid, & quando voluerit de eadem Curia poterit ordinare. ut autem hec habeant veritatis evidentiam, duobus ſigillis, meo videlicet, & predicti Domini Abbatis iuſſi preſentem litteram communiri. Acta ſunt hec anno Domini M.CC. octogeſimo ſexto, indictione tertia decima, nona Kalend. Februarii. Huius rei teſtes ſunt frater *Fridericus Prior* in *Obernaltach*, & caeteri de Conventu, Dominus *Hainricus Plebanus in Luzendorff*, & Dominus *Conradus Plebanus de Wiſentfelden*, *Macharius* frater meus, *Ulricus Ciſterl*, & alii quam plures.

N. XXXX. Littera compoſitionis & confirmationis ſuper Jure piſcandi in Reiberſtorf de Anno 1286.

Ego *Albertus de Strvbing* Illuſtris Domini *HEINRICI DUCIS BAVARIE Vice Dominus* notum uolo eſſe vniuerſis

presentia inspecturis, quod cum materia cuiusdam questionis super iure piscationum quarumdam inter Dominum *Abbatem superioris Altah* & piscatores Domini Ducis in *Reihbrehstorf* verteretur, accepto mandato Domini Ducis, vt dictam questionem aut per formam iuris, siue arbitrii & compositionis amicabilis terminarem, dictam causam a Domino Duce mihi commissam, assumto mihi Domino Reinoldo *de Eiah*, per modum compositionis, & arbitrii decidi talitei statuendo, videlicet, quod questionem & litem prius motam super piscatione in *Reihbrehstorf* coram Patre meo, pie memorie *Ottone de Strvbing*, & per eundem priuilegio confirmatam principaliter confirmo, tenorem eiusdem priuilegii ad maiorem cautionem presentibus inferendo, qui talis est: „ *Ego Otto de Strvbing* Vicedominus „ Illustris *HEINRICI Ducis Bauarie*, universis hanc litteram in„ tuentibus volo esse notum &c.„ ut habetur supra N. XXXIV. Datum anno Domini M. CC. LXX. sexto IV. Kalend. Maii. Ad hec ego *Albertus* piscationem, quam sepe dicta Ecclesia in aqua, que *Linah* dicitur, possidet iure quieto, confirmo usque ad Danubium, ita, ut piscatores Domini Ducis in *Reihbrehtstorf* sibi nullum ius vsurpent, nisi invndationis tempore in eadem. Preterea Statuo, ut omnes piscatores in *Reibrestorf*, tam Ducis, quam Abbatis, piscando usque ad magnam Insulam vlterius non descendant. Ceterum piscator Domini Abbatis in *Sant* ascendendo nisi ad aquam, que *Linah* dicitur, non procedat. Item piscator dicti Domni Abbatis, quem propriis pascit expensis, que causa precipue motiva precedentis fuit questionis & litis, ascendendo metas *Insule*, que *Stornekk* dicitur, non transcendat. In cuius rei testimonium, & cautionem firmiorem presens scriptum meo Sigillo dedi & subnotatis testi-

teſtibus confirmatum. Teſtes autem ſunt hii. Venerabilis Do-Dominus *Poppo abbas inferioris Altah. Dominus Reinoldus de Eiah. Dominus Heinricus de Pfapfengſwant, Dominus Heinricus Brunner, Dominus Heinricus de Tetenkofen* milites, *Chunradus* Schönſtainer, *Erneſtus Drauhpeck, Eberhardus Roſhaupter, Rudigerus Grawl, Cunradus Eiaher, Zacharias Hager, Familia dicte Eccleſie, Hertwicus de Vreindorf, Fridericus de Furt, Marquardus preco, Ortolfus, Hertwicus, Rupertus, Chunradus* & alii quam plures. datum anno Domini M.CC.LXXX. ſexto VIII. Idus Junii.

Originale cum Sigillo Tab. A. N. 2.

N. XLI. Incorporatio Parochiae Aitterhovenſis Anno 1290.

NOS *HEINRICUS* Dei gratia *Ratiſponenſis Epiſcopus* preſentibus litteris vniuerſis cupimus eſſe notum, quod non ſolum pro condicione Eccleſie in *Superiori Altah*, in profectus vberes extollenda, Verum etiam ab amorem Domni *Chunradi* Venerabilis Abbatis ibidem, cuius depoſcunt a nobis devocionis merita, vt in perſonam ſuam, & eccleſiam, quam gubernat feliciter, graciarum beneficia diffundamus. Eccleſiam parochialem in *Aitterhouen*, in qua vſque ad hec tempora Abbatibus ipſius Eccleſie Jus tantum compeciit Patronatus, eidem Monaſterio Altahenſi de conſenſu, & beneplacito tocius noſtri Capituli Ratiſponenſis tradidimus, & donauimus, & aſſignauimus donacione perpetua eidem Eccleſie cum omnibus ſuis adtinenciis cultis, & incultis, queſitis, & inquirendis redditibus,

& obuencionibus, fine exceptione qualibet infeparabiliter adhefuram, accepta tamen prius a viro difcreto *Ortolfo* tunc *Decano in Aitterhouen* ad manus noftras refignacione libera non violenta, fed ex ceffione proprie deliberacionis, & de folius fui arbitrii voluntate, fic quod pro Iufirmaria predicte Ecclefie Altahenfis de redditibus Ecclefie prenotate, & fratrum neceffitatibus infirmorum, nec in ufus alios ullo modo foluantur annis fingulis fupradicto moriente *Ortolfo*, decem fcaffe tritici, decem fcaffe filiginis, fex fcaffe ordei, & fex fcaffe auene pro annua penfione. Ceteri uero prouentus quocumque nomine cenfeantur cedent Plebano conftituendo ibidem ad regendam curam fidelium animarum in refidencia corporali. Addicientes, quod quandocunque Abbas exiftens pro tempore ab infirmaria prefata motu proprie voluntatis abftrahere prefumet redditus fupradictos, fufpenfus eft ab ingreffu Ecclefie ipfo facto, quam fufpenfionem ex nunc proferimus in eundem, & fi fufpenfionem eandem idem Abbas per menfem fuftinuerit animo indurato, omnis gratia, que ex donacione noftra fupradicte Ecclefie Altahenfi fuerit acquifita; ad primevum ftatum, hoc eft ad Plebanum in *Aitterhouen*, qui pro tempore fuerit, revertetur. Sic quod idem plebanus deinde perceptione perpetua percipiet omnia fupradicta, que Abbas fic fibi ufurpaverit contra tenorem donacionis fuperius prenotate, & prefentis feriem inftrumenti, nifi forte oftenfa caufa racionabili, & admiffibili, Abbas exiftens pro tempore a nobis, vel fucceforibus noftris obtenta licentia fpeciali, ut fortunas Ecclefie conftituat meliores, fupra dictos redditus iu alias vtilitates Ecclefie conuertere conpellatur, quod tamen eidem facere fine noticia Ratifponenfis Epifcopi non licebit. Iu cuius rei teftimonium prefen-

ſentem literam dedimus ſigillorum noſtri videlicet, & Capituli noſtri predicti robore communitam. datum Ratiſpone anno Domini M. CC. nonageſimo in Cathedra ſci Petri.

N. XLII. Acceptata Reſignatio Parochi Aiterhovenſis An. 1290.

Nos *HEINRICUS* Dei gratia Ratiſpon. Epiſcopus vniuerſis preſentes literas inſpecturis volumus eſſe notum, quod Vir diſcretus *Ortolfus Decanus in Aiterhoven* volens pocius ſalutis ſue providere quieti, quam intendere amodo curis, & ſollicitudinibus animarum, eccleſiam ſuam in *Aiterhouen* ad manus noſtras, ac Venerabilis Abbatis de *Superiori Altah*, cui Jus Patronatus competit in eadem, deliberatione propria informatus libere reſignaſſet, & omni iuri ceſſiſſet, quod in eadem Eccleſia ſibi competiit, uel competere uidebatur, Dominus Abbas & Conuentus Monaſterii ſupradicti, qui ex donacione noſtra eandem Eccleſiam, in Aiterhouen cum omnibus ſuis pertinentiis perpetuo poſſidebunt, ſicut in inſtrumento alio ſuper hoc confecto plenius continetur, predicto *Ortolfo*, ne ex deuocionis ſue meritis pateretur iacturam, unde debet commendationem & gratiam reportare, hanc fecerunt gratiam ſpecialem, quod idem Clericus non obſtante reſignatione & ceſſione predicta pro tempore vite ſue de redditibus Eccleſie eiusdem *Aiterhouen* percipiet annis ſingulis decem ſcaphas tritici, decem ſcaphas ſiliginis, ſex ſcaphas ordei, & ſex ſcaphas avene, & duas libras denariorum ſine impedimento quolibet libere, & quiete, ita, quod eodem *Ortolfo* de hac vita migrante prouentus tocius Bladi predicti ad Infirmariam ſepe dicti

Altahenſis Monaſterii tranſeant, cui per donacionem noſtram prefatam ſunt pro fratrum infirmorum conſolationibus irreuocabiliter deputati. Terminos autem ſolutionis omnium predictorum taliter moderamus, quod in feſto ſancti Emmerammi de tritico, & ſiligine, Martini de ordeo & avena, Andree vero ſit omnino ſupradicto *Ortolfo* de denariis ſatisfactum a Clerico, qui ibidem fuerit collocatus, alioquin pro negligencia, quam pro ſingulis terminis comiſerit, ſoluet Ratiſponenſi Epiſcopo tantum, quantum ipſi *Ortolfo* fuerit pro quolibet termino perſoluendum. In cuius rei teſtimonium preſentes ſibi dedimus Sigillorum noſtri, videlicet, & Venerabilis Abbatis. & Conventus Altahenſis munimine roboratas. Datum Ratiſpone anno Domini Milleſimo, Ducent. Nonageſimo in Kathedra Petri.

N. XLIII. Confirmatio ſententiae ſuper Jure piſcandi latae An. 1298.

Nos *OTTO*, & *STEPHANUS* Dei gratia *Comites Palatini Reni*, *Duces Bawarie*, Uniuerſis conſtare uolumus per preſentes, quod cum materia cuiuſdam queſtionis ſuper iure piſcationum quarumdam inter Abbatem de *Superiori Altah*, & Piſcatores noſtros in *Reibrechtſtorf* verteretur, viſis litteris Vicedominorum inclite recordationis Patris noſtri, videlicet *Ottonis*, & *Alberti de Strvbing*, qui eandem queſtionem iubente Patre noſtro Kariſſimo terminauerunt, ratum habere decreuimus, quidquid per eoſdem antea fuerit terminatum, videlicet ut dictus Abbas de *Superiori Altach*, & Eccleſia ibidem unam piſcariam in *Reibrechtſtorf* habeant, in qua Piſcatores dicti Abbatis, quibuſcumque commiſerit, libere piſcabuntur, nec ab

aliis

aliis noſtris piſcatoribus debent aliqualiter impediri, Statuimus inſuper, & perpetuis temporibus ſeruari uolumus, ut in aqua quae *Lynach* dicitur, uſque ad Danubium piſcatores noſtri in *Reibrechtſtorf* nullum ſibi ius vſurpent, niſi tantumodo Danubio invndante. Preterea Statuimus, vt omnes piſcatores in *Reibrechtſtorf* tam noſtri, quam dicti Abbatis, piſcando uſque ad magnam iuſulam veterius non procedant deſcendendo. Ceterum piſcator eiuſdem Abbatis *in Sant* aſcendendo, niſi ad aquam, que *Lynach* dicitur, non procedat. Item piſcator Domini Abbatis, quem propriis paſcit expenſis, que cauſa precipua precedentis fuit queſtionis, atque litis, aſcendendo metas inſule, que *Stornek* dicitur, non tranſcendat. In cuius litis plenam, & omnimodam deciſionem preſentes litteras eidem Abbati in teſtimonium noſtrorum Sigillorum robore dedimus conſignatas, Datum Strubinge anno Domini M. CC. LXXXXVIII. In Vigilia aſſumpcionis beate Virginis.

Originale cum Sigillis. Tab. A. N. 3.

N. XLIV. Sententia ſuper Cura Veldern. 1299.

Ich *Albrecht von Satelpogen Richter ze Viehta*, tvn chunt allen den die diſen Brief anſehen oder hörent leſen, daz ain Chrieg, vnd, ain anſprâch, ward, zwiſchen dem *apt Chunrad von Obernaltach* vnd *Vern Elein* vnd irem Son *Andren*, vnd *Ver Chunigunt von Veldern* nach ir baider Wirt todes, *Fridrichs*, vnd *Ludwigs*, dev vorgenant anſprach, vnd der Chrieg ward lazzen baidenthalben an mich, ſwie ich daz verſchiede, daz wolden ſie gern ſtät haben, vnd lobten mir daz in mein hant, in den taiding ward ein Chrieg ob daz chint ze ſeinen iaren chomen wär daz ez ſich hold verzeihen, do ſagt ſein mv-

ter

ter auf ir ait, vnd auf ir trev, vnd ander bider Lävt, die daz chint haben, vnd bi den taiding waren, ez wär wol ze seinen iaren chomen, daz ez sich sold verzeihen. do schied ich also, daz Ver *Chvnigunt*, vnd *Ver Elein* vnd ir *son Andre* sich verzeigen in *apt Chunrats* hant, wür (für) sich wür alle ir frevnt, vnd daz sie wür baz nimmer dchain ansprach noch dchainen Chrieg gewunen hintz dem hof ze *Veldarn.* dar zu schied ich in Swaz traids des iars was worden auf dem hof, vnd zwai phunt phenning, vnd daz dev Schiedung vnd der Chrieg stät beleibe, gib ich dem apt vnd dem Gotshaus von *Obernaltach* meinem offen brief mit meinem insigel. als mit ir baid willen, do verschaiden ward, der sach sint zevg, *der Hainrich der Welchenburger, der pharrer von Viehta, und sein zwen hausgenoz, her Libhart vnd her Vlrich, her Ch. von Nuzperch, Weiker von Levtzenride, Ch. der Chaiser, Ch. der Chlinger, Weiker vnd heinrich der Grvnpeck, Marchart uon Fronchenried, perchtold der Turlinger, Perchtold der Stainberger, Gozpolt von Pogen*, vnd des Gotzhaus dienär *Fridrich von Furt, Marchart de Scherig, Rupreht, hertweich der Odär*, vnd daz ist geschehen do von Christs geburt waren zwelf hundert iar, vnd LXXXX. VIII. iar nach Sand Giligen tag an dem dritteu tag in Offen Geriht ze Viehta.

N. XLV. Locatio Areae in Straubing ad Vitalitium An. 1304.

Nos *Chunradus* Dei gratia Abbas in Obernaltah, totusque Conventus ibidem notum facimus omnibus hanc litteram inspecturis, quod bone memorie Dominus *Chunradus* quondam

dam Abbas noster, aream nostram in Straubing sitam locavit quinque Personis, Videlicet *Chunrado* dicto *Schirlingario*, & Uxori sue *Hilke*, & duobus pueris suis, videlicet *Friderico* & *Alhaidi*, & *Ulrico*, dicto *Ruzzo* marito eiusdem *Alhaidis* pro tempore vite ipsorum interposito tali pacto, ut eam non possiderent simul, sive communiter, sed successive, ita, ut quoties una illarum Personarum moreretur, sequens ei succederet, eo ordine, quo sunt superius annotate, & quaecumque illarum Personarum tempore suo teneret iam dictam aream, sexaginta denarios Ratisponensis monetae in festo S. Georgii nobis solverent annuatim, facerent & nobis in eadem area comodum ad locandos equos nostros cum essemus Straubinge, vel cum placuerit pernoctandum. prefatis autem quinque Personis defunctis, sepe dicta area cum edificiis, quae in ea fuerint, rediret ad nostram Ecclesiam absolute, scilicet cum predicte Persone tunc non receperunt a Domino *Chunrado* Abbate defuncto privilegium. nos ultimis tribus Personis videlicet *Friderico*, *Alhaidi*, *Ulrico*, supra memoratis presentem litteram iure superius expresso dedimus Sigillorum nostrorum munimine roboratam cum testibus subnotatis, qui sunt *Heinricus Prior*, *Fridericus*, *Wernherus* Dyaconi, & caeteri de Conventu, frater *Heinricus de Chambia*, *Fridericus de Furt*, *Marquardus Preco*, Servientes nostri, & alii quam plures. datum anno Domini millesimo trecentesimo quarto, pridie nonas Martii.

N. XLVI. Sententia Judicialis puncto Spolii decimarum. An. 1304.

Nos *Conradus* Praepositus, *Conradus* Decanus, totumque Capitulum Ratisponensis Ecclesiae, quia Domino *Conrado*

Venerabili Abbate de *Obernaltach*, & Conventu ſuo agentibus contra Virum diſcretum Dominum *Albertum Vicarium in Haybach*, & petentibus quod cum idem Vicarius eos poſſeſſione, vel quaſi tertie partis decimarum in maioribus & minoribus trium Molendinorum in *Odenhoven*, *Erleich*, & unius ſub Caſtro *Ramſperg*, quae ſunt ſita in una filiarum eiuſdem Parochiae *Haibach* dicta *Raitenperg* cum omnibus decimis minutis inquilinorum, qui vulgariter dicuntur *Inleut*, per totam illam filialem Eccleſiam *Raitenperg* ſpoliaverit, reſtituerentur ad decimas ſupra dictas, & perceptionem earum, & condempnaretur ad ea, quæ perceperat, & percipi potuerunt, & idem Abbas, & Conventus poſſeſſionem huiuſmodi, & deiectionem ſe obtulerunt probaturos. Idem Vicarius ſpoliationem huiuſmodi non negavit, ipſos Abbatem & Conventum reſtituimus ad omnes decimas ſupradictas, & perceptionem plenariam earundem, cum & ambæ partes citra omnem iudicii ſtrepitum convenerint in idipſum, & ad reſtitutionem perceptorum, & quæ percipi potuerunt prædictum Vicarium de utriuſque partis beneplacito condempnamus, taxationem vero eorundem perceptorum ſicut utrique parti placuit vicinie reſervamus. In cuius rei teſtimonium præſentes damus Sigillo noſtri iudicii roboratas. datum Ratisbonæ. annô Domini milleſimô tricenteſimô quartô, XVIII. Kalend. Decembris.

N. XLVII. Permutatio Praediorum Anno 1310.

Ego *Eberhardus* Plebanus Eccleſiæ in *Viechtach* omnibus præſentem paginam reſpicientibus cupio fore notum, quod ego matura deliberatione præhabita; ratione vicinitatis, ſeu com-

commoditatis, accedente nihilominus consensu, & Consilio Domini *Dietrici* Venerabilis Abbatis, totiusque Conventus in *Windberg*, ad quos Jus Patronatûs Ecclesiæ in *Viechtach* pertinere dinoscitur, prædia mea, & iam dictæ Ecclesiæ meæ, unum videlicet prædium in *Renften*, & alium in *Raitenperg*, in quo Pellifex residet, & tertiam partem tabernæ ibidem cum omnibus appenditiis suis, seu attinentiis cultis, & incultis, quæsitis & inquirendis Domino *Conrado* Venerabili Abbati in *Obernaltaich*, suoque Monasterio, dedi, & assignavi, ab ipso, & sibi succedentibus iure proprietatis, quod nobis in ipsis competebat, perpetuo possidenda, a sæpe fato Domino Abbate *Conrado*, suoque Conventu recipiens in permutationem, seu concambium prædium quoddam in *Plössenberg* situm, quod vulgariter dicitur *Spitallehen*, a me meisque successoribus similiter perpetuo possidendum. In cuius permutationis testimonium sive robur præsentem litteram procuravi sigillorum prædicti Domini *Dietrici* Abbatis, & Conventus in *Windberg*, meique munimine roboravi. Datum & actum anno Domini millesimo tricentesimo decimo in octava Epiphaniæ Domini &c. &c.

N. XLVIII. Confirmatio præcedentis permutationis Anno 1310.

Nos *CONRADUS* Dei gratia Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus presentibus profitemur, quod cum dilectus Nobis Venerabilis Abbas in Obernaltach, & Conventus ibidem ex una, & *Eberhardus* Plebanus de *Viechtach* ex altera parte habito super hoc diligenti tractatu, predia quedam permutarint, sicut continent litteræ permutationis super hæc habitæ, & confectæ,

nos utriusque Ecclesie utilitatem considerantes, facte permutationi consensum nostrum apposuimus, ipsam auctoritate presentium confirmantes. in cuius testimonium presentes litteras dedimus nostri Sigilli robore communitas. datum Ratisbone anno Domini millesimo, trecentesimo, Decimo pridie nonas Januarii.

N. XLIX. Laudum super annua Pensione Anno 1312.

Ego *Ulricus de Au* Prepositus Ecclesie S. Johannis Ratispone notum facio omnibus presentia inspecturis, quod cum anno Domini millesimo, trecentesimo undecimo inter Dominum *Heinricum* Venerabilem Abbatem, suumque Conventum in *Obernaltach* ex una parte, & Venerabile Capitulum Ecclesie *Sancti Johannis* supra dicte ex altera questio mota esset de quinque scaffis tribus videlicet siliginis, una Ordei, & una avene, insuper una scaffa Ordei de priori anno retenta dicto Capitulo solvendis anno quolibet nomine pensionis, Domino Abbate, suoque Conventu econtra asserentibus dictas quinque scaffas solvi non debere, sed propter malum grandinis, sterilitatis, & exactionis insolite & enormis solvi debere pro qualibet scaffa siliginis octoginta Denarios, pro scaffa Ordei sexaginta, pro scaffa avene triginta Denarios usuales. Tandem salvis imposterum utriusque partis Juribus, & protestatione premissa, ut instrumenta ab utralibet parte in posterum producenda non minus valida redderentur, & quod factum anni illius nequaquam deberet instrumentis, vel iuribus partium in aliquo derogare, in me ut in arbitrem, seu amicabilem compositionem sub pena infra scripta extitit a partibus unanimiter compromissum, & in me recipiens dictum compromissum bona

deli-

deliberacione prehabita preferens concordiam litibus odiosis sic negocium terminavi, ut dictus Dominus Abbas cum suo Conventu solveret duas libras denarioriorum ratisponensium ante festum Beati Georgii, vel in die pro duabus scaffis siliginis, & una Ordei retenta, & tempore messium proximé venturo unam scaffam siliginis, unam Ordei, & unam avene similiter solverent Capitulo memorato sub hac pena, ut si Dominus Abbas, suusque Conventus predictas duas libras, & tres scaffas integraliter non solverent in terminis prenotatis, quod tunc solvere debent dicto Capitulo *Sancti Johannis* predictas sex scaffas tres videlicet siliginis, duas Ordei, unam avene salva pensione eis solvenda de anno Domini millesimo, trecentesimo duodecimo eo foro, in quo communiter iam solvuntur sex scaffe superius annotate. In horum itaque evidens testimonium presens confici placuit instrumentum Sigillorum nostri, & predicti Capituli sancti Joannis munimine consignatum. Datum anno Domini millesimo, trecentesimo duodecimo in die S. Georgii.

N. L. Concessio Curiae Plumaern Anno 1312.

Ego *Albertus* dictus de *Velberch* plebanus in *Raitenperg* tenore presentium profiteor. Quod ob remedium anime mee, & animarum parentum meorum nec non matertere mee, Curiam meam in *Plumaern* quam ex paterna successione ad me deuolutam iure proprietatis tenui & possedi pacifice & quiete, facta sollempniter donatione Ecclesie sancti Petri in *Obernaltach* contradidi, & per manum *mediatoris* qui vulgariter *Salman* dicitur adpropriaui cum omnibus iuribus & pertinentiis

nis cultis & incultis quesitis & inquirendis, dicte tradicioni mee, adiciens talem modum. Quod ego pro tempore vite mee recipere debeo & volo maiores prouentus dicte curie siue censum. Minores autem scilicet quindecim casei XC. Oua, pulli IV. autumnales & in natiuitate Domini IV. denariorum valor. unus fasciculus lini. ad prefatam ecclesiam sancti Petri. Locatio eciam Curie eiusdem ad Abbatem qui pro tempore fuerit, pertinebit. Porro quia tercia pars minutarum decimarum sicut & maiorum in Parochia *Raitenperg* est Ecclesie memorate, volo ut quamdiu in *Raitenperg* residenciam fixero corporalem, in recompensacionem tocius minute decime de qua mihi iam pluries lis est mota, ut omnis dissensionis & controuersie materia subtrahatur. Lx. denarii de censu curie sepedicte mihi reservato. ut superius est expressum, annuatim Ecclesie dicte cedant. etiamsi annus sit talis, ut in ea tantumodo Lx. denarii de ipsa curia solui possint. Verum cum residens in *Raitenperg* non fuero. locum huiusmodi recompensacio non habebit. Denique cum ex hac uita migravero sepedicta curia cum omnibus prouentibus suis tam maioribus quam minutis, & cum omni utilitate sua ad Ecclesiam in *Obernaltach* plenarie deuoluetur. & anniuersarius depositionis mee dies. sed & patris mei *Alberti de de Raitenperg* matris mee *Berhte.* nec non matertere mee *Petrisse* & mariti eius *Chunradi Aschahaeri.* cum vigiliis & missa annis singulis celebrabitur solempniter a conventu. Quod si forte per negligentiam obmissum fuerit, Abbas qui hoc procurare debuerat. tali pene subiaceat. vt sepe dicta curia non ad psum de cetero pertineat, sed Infirmarie fratrum cum omni iure suo usibus applicetur, fratribus ministrabitur ad Refectorium spietancia pro III, solidis & X. denariis illa die. Vt igitur hec

om-

omnia inconuulsa permaneant, & in suo robore perseuerent, presens instrumentum confici procuravi & sigillo Venerabilis patris Domni Abbatis de *Windwerg* & sigillis Domni Abbatis de *Obernaltach* supradicti, suique Conuentus, quia proprium non habui, consignari. Actum & datum anno Domini M. CCC. XII. infra octauam purificationis Virginis gloriose.

N, LI. Renuntiatio quarumdam praetensionum 1313.

Ich *Albrecht von Erling* vnd mein bruder *Philipp von Erling* veriehen offenbar an disem prif. Daz wir mit vnserm liben Herren Apt *Heinrich von Obernaltach* einen Chrieg vnd ein ansprach hieten. hintz im vnd seinen Gotzhaus ze Obernaltach vmb ein hub ze *Haeberchoven* vnd vmb ein geroevtt haizt *dazapel* vnd ein Hofstat ze *Wolferchoven*. zu den gutonwaer wir ze recht erben, daz hab wir ze schidung lazzen. vnd hawent vns mit enander verschaiden Her *Eberwein** *der Vitztum ze Struwing*. vnd her *Heinrich der Lohaimaer Richter ze Struwing*. mit der weschaidenhait vnd also daz wir furbaz hintz vnserm herren Apt *Heinrich von Obernaltaich* vnd hintz demselben chloster vmb di vorgeschriben güt dhain ansprach noch vodrung nimmermer hawen schullen. won auch wir ze Recht di nechsten Erben zu den vorgenanten güten sein gewesen. Hab wir dem vorgenantem Apt *Heinrich* vnd dem chloster gelopt vnd gehaizzen. ob in oder das chloster furbas dhain ansprach darumb anging des schull wir vor dem Recht für in gesten daz gehaizzen wir pei vnsern trewn, daz auch daz staet vnd vnzerbrochen weleib hat vns her *Eberwein*

*de Degenberg

der

der Vitztum ze Strvbing durch vnsern willen vnd pet vnd auch Willen und Günst sin Insigel an diesen prif ze einer gantzen staeticheit geleit. won er der sache vnser taidinger pedenthalb gewesen ist. der taiding sint zeug *Heinrich der Lohaimer. Heinrich der Hochenperger. Fridrich der Schreiber ze Strvbing. Libhart von furt.* der *Grozz*, vnd der *Eyban von pogn.* M. CCC. XIII. In Dominica. Oculi.

N. LII. Venditio annui Census Anno 1317.

Wir *Heinrich* von Gotes Gnaden Apt, und der Convent ze *Obernaltach* Veriehen an disem brief, daz wir durch grozze not, der uns anligent waz mit gemainem willen, und gunst unsers Hern Pischof *NICLAS* von Regenspurg verchauft haben vnserm besunderen vreunt Heren *Friderichen von au Burgermaister ze REGENSPURG* veir phunt Zinsgelts, die järlich gehörent auz unserm haus *an dem graben bei NIDERMUNSTER ZE REGENSPURG*, das Unser, und unsers Gotshaus aigen ist, umb sechtzig pfunt Regenspurger pfenning, di wir von Im enpfangen haben mit beraitem gelt; den selben gelt schule wir Im, und seinen Erben alle iar geben aus dem selben haus an geprésten daz dritail zins auf sent Haimmrans Tag das ander tail auf die Weinachten. das driet tail auf sand Jorgen tag, däten wir des niht, an swelhen tag wir darinne saumich sein: von dem selb tag schul wie der Apt, oder Unser nachchomen als lang auz der Chirchen sein, untz wir den Zins berichten, der versezzen ist saumhäten wir aber den Zins, daz wir den nit gäbeten ganzzeleich, und volchomenleichen das iar, und daz nächst iar hinnach, so hat sich daz haus ver-

uollen,

uollen, und mäg er daz wol verchauffen, ob er wil, und ſich wern ſeines vorgeſchriben Guts. Wir mugen auch daz haus ſelb Innbonen, oder enpfehlen, ſwem wir wellen: aber des Zins gewort er hinz uns, den wir geben Schullen, ſwie dem hauſ geſchäch, es verprinn, oder vil nider, oder ſwas im anders geſchäch, des ſchullen ſie kheinen geltnus haben an ir Zins. Wir mügen auch, und haben gewalt den vorgenanten gelt von Im wider zechauffen, umb die vorgeſchriben ſechtzzig phunt ſwenn wir wellen, ze iaren, und ze tägen; wär aber, das der ſelb Her *Fridereich von Aue* ſturbe, eh das wir widerchauffen, ſo hat er uns die genad getan, er veruar mit geſchäfft oder an geſchafft, daz wir von ſeinen Erben denſelben gelt widerchauffen, ſchulln umb Viertzich phunt, wan der andern zwanzig pfunt hat er uus lazzen, fur der wir ſeinen Jartach ewigleich begen Schulln. Es ſol auch uns hintz ſeinen Erben des ſelben zins ein pfunt abgen iärleich, und ſcholln In, wan drey pfunt geben. Wir mugen auch widerchauffen ob wir wellen gantzen gelt, umb gantzen phening, oder halben gelt, umb halben phening, oder den drittail umb das drittail, oder den viertail umb das viertail phening peyder hintz Heren *Fridereichen*, und hinz ſeinen Erben. darüber zu ainen urchunde geben wir Im diſen brieff verſigelten mit unſers vorgenanten Heren des Piſchoffs, und unſern Inſigeln. Verſigelt, der iſt geben zu *Regenſpurch*, da von Chriſtes Gepurt waren dreyzehen hundert iar, uud in dem ſibentzehenten iar, an ſand Bartholomeus tag.

N. LIII. Caſſatio factarum alienationum. Anno 1318.

JOHANNES epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Dilecto filio.... *Prepoſito Monaſterii ſancti Tyburti*, per Prepoſitum ſolitum gubernari, Ratiſponenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram peruenit, quod tam dilecti filii...... Abbas & Conuentus Monaſterii in *ſuperiori Altach* ordinis ſancti Benedicti, Ratiſponenſis dioceſis, quam predeceſſores eorum, decimas, terras, domos, vineas, poſſeſſiones, prata, paſcua, nemora Molendina, redditus, piſcarias, iura, iuriſdictiones, & alia bona ipſius Monaſterii, datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, interpoſitis iuramentis, factis renuntiationibus, & penis adiectis, in grauem eiuſdem Monaſterii leſionem, non nullis clericis, & laicis, aliquibus eorum ad uitam, quibuſdam uero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, uel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur, ſuper his, confirmationis litteras, in forma communi, a ſede apoſtolica impetraſſe. Quia uero noſtra intereſt, ſuper hoc de oportuno remedio prouidere, diſcretioni tue, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea que de bonis prefati Monaſterii, per conceſſiones huiuſmodi, alienata inueneris illicite, uel diſtracta. Non obſtantibus litteris, inſtrumentis, iuramentis, renuntiationibus, penis & confirmationibus ſupradictis, ad ius, & proprietatem eiuſdem Monaſterii, legitime reuocare procures. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio uel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione

ceſ-

cessante, compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione Non. Nouembr. Pontificatus nostri anno secundo.

N. LIV. Largitio Insulae Anno. 1320.

Anno Domini Millesimo trecentesimo Vigesimo Dominus *HEINRICUS Dux Bavarie* contulit Ecclesie nostre in *Obernaltach* iure proprietatis perpetue Insulam unam, que oriri cepit circa pratum nostrum, quod vocatur *in dem Haken* circa *Linach*, coram Consulibus suis, videlicet Domino *Hartlibo de Puechperg*, Domino *Ulrico de Leubolfing Magistro Curie*, Domino *Ekkolfo Wortlario*, Domino *Chunrado de Chamerau*, tunc *Vicedomino*, Domino *Friderico Protonotario*, & aliis probis viris, ac honestis. . . Actum & datum *Straubinge*, anno, quo supra in die sancti Michaelis.

N. LV. Litterae emphiteuticae Anno. 1320.

Wir *Heinrich* Apt &c. Daz iz wol dar zü chom daz ein crhig zwischen vns vnd *Wernharten von dem wolen* wart umb daz güt datz *Churnberch* daz vns der *Hartweich der Freindorfer* hat gegewen durch seiner vnd seiner vodern sel willen. wan der selb *Wernhart* sach. daz selb güt scholt an seiner chint vnd an seiner enichel erben. da sach wir. Iz wer vnser rechtz aigen vnd saezzen sein mit nutz vnd gewir, wan iz was vns mit *Salmans hant* auf sant Peters altar geselt vnd zügen di taidinch pedenthalb zv den erbaergen, vnd weschaiden Herren hern *Alharten* vnd hern *Albrechten di Saulberger*. vnd ermonten do, den vorgenanten *Wernhart*. daz er vns vnser aigenschaft veriach vnd von dem güt gestünd gar

vnd gaentzleich an all anſprach hab wir angeſehen der vorgenanten Herren von *Saülberch* getrewn dienſt den ſie vns nu vnd ze allen Zeiten tünt, vnd durch ir pet hab wir im di gnad getan daz wir ſeinen ſun *Rutlanden*, vnd ſeinen chinden ob er chint gewint. Haben denſelben Hof lozzen all iar vmb X. ſchilling pfenning di ſi vns gewen ſchullen iaerchleich an ſand Marteins tag der pfenning di dan gib vndgaeb ſind vnd ſwenn di vorgeſchriben pfenning auf den obgenanten tach nicht gegewen wurden gar vnd gaentzleich ſo ſol der obgenant Hof datz *Churnberch* vns vnd vnſerm Gotzhauſ ledich ſein. von im vnd von aller ſeiner alterchunſt. daz ſi darauf nimmermer chain anſprach ſchuln gehawen weder chlain noch groz. Waer awer daz der vorgenant *Rutlant* an chint verſur ſo ſol der vorgeſchriben hof an gevallen *Rugern Wernhaitz enichel* vnd auch ſeiner chind ob er chint gewint in allem dem Recht vnd mit allen den punten. vnd auf denſelben tach, als eben geſchriben iſt. Stürben awer ſi paid an chint. ſo ſchol derſelb hof ledichleich daz gotzhaus ze *Obernaltach* an gevallen vnd waer auch daz di obgenanten paid. *Rutland* vnd *Ruger* irev chind. ſich vertaeten oder ſo arm burden daz ſi auf den hof nich weleiben maechten. oder im nicht getün maechten, ſo ſchull wir vnſern Hof weſtiften ze ſegels iarn vntz ob ſi dar ze wern daz ſi im getün mügen maechten ſi awer in den Jarn durzu nicht getün ſo ſchuln ſi furbaz chain anſprach nimmermer auf den hof gewinnen wurn awer ſie ſo früm daz ſi ſelb da nicht ſitzen wolten ſo ſchull ſi denſelben hof dem mann lazzen den wir in lazzen hawen. oder einem andern ob der nicht waer nach vnſerm rat. Daz vns vnd auch in daz alſo ſtaet weleib geb wir in diſen Brif verſigelten mit vnſerm vnd

vnſers

vnsers Conventz Insigel vnd mit der obgenanten Hern *Alhartz* vnd Hern *Albrechtz der Saülberger* Insigeln di der sach taidinger sint gewesen vnd sint sein zevg. Her *Hirman der Freindorfer pfarrer ze pilsting.* bruder *Rutlant der Saülberger von Nidernaltach.* Her *Jacob der Getenchofer.* Her *Hartweich der Freindorfer.* Her *Dietreich der Haibekch. Libhart von Furt* vnser Richter. & cet. M. CCC. XX. Natiuitate sancti Johannis baptiste.

N. LVI. Traditio Curiae Rot pro Anniversario Anno 1325.

HAINRICUS DUX WABARYE. ob. MCCCXXXVIIII.

Erhardus dictus Vrſenbech, layc. ob. an. dom.

G. IIII. Non. Sept. *SEFRIDUS EPISCOPUS* an. dom. nono.

Dyetricus layc. ob.

P. Steffanus Senior. ob. an. dom. MCCCCC. In pogen, oriundus ex Cham.

A. III. Non. Sept. Hartwicus layc. ob. an. dom. MCCCLXXIII.

Obiit frater Maurus n. congr.

B. II. Non. Sept. *Chunradus laic. avus, Senior de Leywolfing.* an. d. MCCCLXIIII.

Jacobus dictus Glettner abbas noster ob. an. d. MCCCCXXXVIII.

Balthasar subdiaconus mon. n. cong. 1504.

C. Non. Sept. Chunradus dictus Strauwinger presb. & mon. noster an. dom. MCCCXLIX.

Fridericus presb. mon. & Senior Nydernaltach. ob.

Erasmus presb. de Altach inferiori.

D. VIII. Id. Sept. *OTTO DUX WAWARYE.* MCCCXII.

Johannes presb. & mon. de S. Emeramo Rat.

E. VII. Id Sept. Fridericus accolitus & mon. de Ensdorf.

Albertus Haywech, layc.

Petrus laic. an. dom. MLXX.

F. VI. Id Sept. Johannes conuersus & mon. nost. ob. an. dom. MCCCCXXVI.

Thomas presb. & mon. n. cong. cellerarius 1515.

Chunradus Leydar, layc. ob.

G. V. Id. Sept. Jordanus presb. & mon. n. congr.

A. III. Id. Sept. Johannes presb. & mon. de ensdorff.

Hainricus dictus Speisär ob. an. dom. MCCCCXVI. civis patauiensis. Hic dedit nobis ciffum argenteum deauratum, cui anniversarium hic in subscripto die peragi debet, & ministrabitur conuentui de abbatia pro med. lib. de curia dicta Lach.

Hermannus Hochenperg. layc. ob.

B. III. Id. Sept. Johannes Asendorffer, plebanus in pogen.

C. II. Id. Sept. Jeronimus presb. & mon. de weichensteuen.

Arnoldus, Hermannus de Veltchirchen ob.

Geinlint, layci.

D.

D. Id. Sept. *Fridericus dictus Vrſenpech.* layc. ob. an. MCCCC-XXVIIII.

E. XVIII. Kal. Octob. Katherina dicta Voglin, layc. ob. MCC-CCVIIII.

Henricus prepoſitus in Newenkirchen, ob.

F. XVII. Kal. Octob. Vlricus presb. & mon. noſter ob.

Hartwicus, presb. mon. & Senior noſter.

Johannes layc. ob.

G. XVI. Kal. Octobr. Johannes presb. mon. & Senior noſt. ob.

Pernoldus Havblar. Sacerdos. plen. off. fiat.

Johannes presb. & mon. ob. MCCCCLXIII.

A. XV. Kal. Octob. Fridricus presb. & mon. n. ob.

Margareta laic.

B. XIIII. Kal. Octob. Fridericus ſacerdos, ob. an. dom. MCCC-LVI.

Anna laic. ob. an. d. MCCCLVI.

C. XIII. Kal. Octob, Conradus presb. & mon. de ensdorff.

Georgius presb. & mon. de S. Emeramo.

Chunradus ſacerdos plebanus in Stainach, plen. off. fiat.

D. XII. Kal. Octob. Vlricus Hyrſperger. Rugerus, Jeuta layci. ob. plen. off. fiat.

Leonardus presb. noſt. congr. 1483.

F. X. Kal. Octob. Hainricus laic. ob. an. dom. MCCCCXVI.

Johannes Geler, laic. ob. MCCCLXXXXV.

G. IX. Kal. Octobr. Henricus ſacerdos plebanus in Levcendorf. Hartwicus. Chunigundis laic. plen. off. fiat.

Elizabeth laic. ob. an. MCCCCXXVI.

A. VIII. Kal. Octob. Otto mon. & presb. noſter.

B. VII. Kal. Octob. *D. Leonardus abbas in Weichenſteuen.*

D. Petrus abbas in Reichenpach. 1512.

C. VI. Kal. Octob. Nicolaus Scheftoller. laic. Judex noster. Margareta Vxor. ob.

D. V. Kal. Octob. Fr. Albertus presb. & mon. nost. congr. 1539.

Henricus dictus Gölff. Christina laic. plen. off. fiat.

D. *Michael Abbas de S. Emeramo Rat*, cum aliis Septem presb. mon. & tribus fratribus ibidem professis.

E. IIII. Kal. Octob. Hermannus dictus Pesingar. laic. pl. off. fiat. Hugo laic. Anna laic. ob.

F. III. Kal. Octob. Christannus presb. de Ror.

G. II. Kal. Octob. Chunradus laic. ob. an. dom. MCCCLVII.

Octobris.

A. Kal. Octob. Egidius presb. & mon. nostre congr. plebanus in Aitterhofen, & primus habuit possessionem ecclesie eiusdem. ob. an. dom. MCCCCLXXXII.

B. VI. Non. Octob. Hartwicus dictus Chumer laic. ob.

Lerchtoldus Stainberger Mites. ob. an. dom. MCCCLXXX.

Osualdus presb. & mon. de monte S. Georgii.

Rainmarus layc. Mazza Vxor. ob. an. dom. MCCCLXXI.

C. V. Non. Octob. *Petrus Vrsenpek.* layc. ob. MCCCLXXXI. sepultus in Siruia (Syria) *Johannes Vrsenpek.* layc. ob. MCCCLXXXVII.

D. IIII. Non. Octob. Jacobus presb. & mon. nost. ob. an. dom. MCCCLXXIIII.

Fridericus Geinpech. Perchta. layc. pl. off. fiat.

Mansicus conuersus & mon. noster an. MCCCXLIX.

E. III. Non. Octob. Corbinianus presb. & mon. de Ebersperg. cum aliis quinque presb. & monach.

F.

F. II. Non. Octob. Leonhardus presb. & mon. noſtre congr. plebanus noſter an. dom. MCCCCLVI.

Margareta Freindorferinn layc. ob. an. MCCCLVI.

G. Non. Octob. Eliſabet Lengueldarinn. laic. ob. an. MCCCXXI.

A. VIII. Id. Octob. Dyetricus laic. ob.

B. VII. Id. Octob. *Hermannus* dictus *Stainbergär* laic. ob. an. dom. LXXX.

Sigismundus ſacerdos ob. MCCCCLXIII. illo tempore regnabat magna peſtilencia per totum mundum.

C. VI. Id. Octob. Georius laic. ob.

D. V. Id. Octob. *NYCOLAUS EPISCOPUS* ob. an. d. MCCC. XL. ſepultus in Choro ante altare S. Petri, plenum officium fiat.

LUDWICUS IMPERATOR ob. an. dom. MCCCXLIIII.

Hainricus layc. ob.

F. III. Id. Octob. Almannus layc. ob. an. dom. MCCCLVI.

Margareta layc. ob. an. dom. MCCCXXX.

G. II. Id. Octob. Johannes layc.

Margareta layc. ob. an. MCCCCXXII.

A. Id. Octob. Nicolaus Awär presb. & mon. noſt. an. MCCC-LVII. ob.

Andreas de Geirſtal ſacerd. pl. off. fiat.

Chunradus de Vtling presb. & mon. noſt. ob. an. dom. MCCCLXII.

Nicolaus presb. & mon. noſt. ob. dictus Perndorffär. an. dom. MCCCCLIIII.

B. XVII. Kal. Nouemb. Margareta layc. ob.

C. XVI. Kal Nou. Simon de Pondorff, ſacerdos & canonicus in Munſter. ob.

Leonhardus Perhart ob. 1477. in die Ignaci.

D. XV. Kal. Nou. Conradus ſubdiacon. de Caſtello.

Sy-

Syboto presb. & mon. noſter.
Fridericus presb. & mon. noſter.
Engelherus presb. & mon. noſter.
Petrus presb. & mon. noſter.

E. XIIII. Kal. Nou. Hainricus dictus Netzſtoller, ſacerd. & can. ob. pl. off. fiat. Hic fundauit lumen ad beatam Virginem & Lampadem ibidem. & binam candelam ad miſſas fratrum, & duas candelas ad eleuationem, quarum una debet ardere uſque poſt communionem in Choro, altera ad beat. Virginem, & ad priorem miſſam.

F. XIII. Kal. Nou. Johannes presb. & mon. de enſdorff.
Martinus presb. & mon. noſter
Heinricus Lohamer laic. ob.

G. XII. Kal. Nou. Petrus presb. & mon. noſt.
Volchmarus de Auſtravia, canonicus plen. off. fiat:

A. XI. Kal. Nou. Lucas presb. & canonicus de Raitenpuech.
Johannes dictus piſcator, presb. & can. de Raitenpuech. 1477.
Lindegnus presb. & mon. noſt. congr.
Elyzabet Chamrärnn laic. ob.
Ortwinus presb. & mon. noſt.
Andreas laic. ob.

B. X. Kal. Nou. Anna laic. ob.

C. IX. Kal. Nou. Chunradus presb. & mon. n. plebanus in pogen. an. dom. MCCCCXXVI.
Leonhardus presb. de Raitenpuech.
Albertus de Velwereh ſacerd.
Albertus Henricus Pertha.
Petriſſa laic. ob.
Leonardus presb. & mon. de monte S. Georgii.

D.

D. VIII. Kal. Nou. *ELYZABETH DUCISSA WAWARYE.* MCCLXI.

E. VII. Kal. Nou. Waltherus presb. & mon. infer. althe.

F. VI. Nou Georius conuerſus & mon. noſt.

Hainricus de Viechtag conuerſ. & mon. noſt. ob. pl. off. fiat.

A. IIII. Kal. Nou. *FRIDERICUS FUNDATOR* * *NOSTER ADUOCATUS* Rat. plen. off. fiat.

Anna Schaubin. layc. ob.

B. III. Kal. Nou. Nicolaus presb. & mon. noſt.

Chunradus presb. & mon. noſt. an. dom. MCCCLXXX. quo tempore regnabat magna peſtilentia per totum mundum.

Erhardus mon. noſter.

Nouember.

D. Kal. Nouemb. *Otto abbas Althe infer.* ob. an. dom. MCCCXLIII.

Jacobus presb. & mon. noſter ob. an. dom. CCCCXVI. eodem tempore erat peſtilencia magna.

Chunradus Cantor, presb. & mon. noſt. (*hic nonnulla deficiunt.*)

E. XVI. Kal. Decemb. Cecilia Schaubing. layc.

F. XV. Kal. Decemb. Katherina layc. MCCCLXXXXVI.

Thomas dictus Pfelkofer, apotecarius presb. & mon. noſter an. dom. MCCCCLXXV.

G. XIIII. Kal. Dec. Albertus Hoyzelfingär layc. 1281. plen. offic. fiat.

Reykardis layca.

Petrus layc. ob. an. dom. MCCCCXXV.

A. XIII. Kal. Dec. Hugo layc.

P p Pe-

* Recentior manus ſubdit: *Non verus fundator, ſed reſtaurator.*

Petrus layc. ob.

B. XII. Kal. Dec. *Fridricus abbas noſter* an. dom. MCCCLVIII.

Sebaſtianus presb. & mon. noſt. congr. an. 1483. regnavit magna peſtilencia.

Ambroſius presb. & mon. noſtre congr.

C. XI. Kal. Dec. Nycolaus Subdiacon. & mon. noſter an. dom. MCCCLVIII.

D. X. Kal. Dec. Syboto conuers. & mon. ob.

E. IX. Kal. Dec. Clara layc. an. dom. MCCCLXIX.

Albertus conuerſ. ob.

F. VIII. Kal. Dec. Katherina layc. ob. an. 1427.

Andreas presb. & mon. de Caſtello.

G. VII. Kal. Dec. Erneſtus presb. & mon. noſt. ob. plebanus in pogen.

Jacobus presb. & mon. noſter ob.

Leonhardus layc. ob.

Salomya Lorya conuerſa ob. pl. off. fiat.

Elizabeth. layc. ob. an. CCCCVI.

Chunigundis Turlinn layc. pl. off. fiat.

A. VI. Kal. Dec. *ALBERTUS PRESB. ET MON. NOSTER* ob. pie mem. an. dom. MCCCXI.

Michael accolitus de Ror.

Andreas presb. & mon.

Vlricus ſacerdos plebanus in Parchſtetten.

B. V. Kal. Dec. Henricus Decanus de Chamm. plen. off. fiat.

Nycolaus presb. & mon. noſt. ob.

C. IIII. Kal. Dec. *Lavdigerus abbas noſter* ob. MCXXXVII. requieſcit ante altare S. Marie in Monaſterio plen. off. fiat.

Johannes presb. & mon. de Manſee.

D.

D. III. Kal. Dec. Otto Perhta. layc. ob.

E. II. Kal. Dec. Johannes presb. & mon. noſt. an. dom. MCCC-XLIX.

Chunradus layc. ob.

Henricus presb. & mon. noſter.

December.

F. Kal. Decemb. *Ewerbinus abbas noſter ob.* an. dom. MCCC-LXXX.

Chunradus presb. & mon. noſt. plebanus in pogen an. dom. MCCCXLIX.

HAEDWIGIS COMITISSA DE POGEN FUNDATRIX IN WINDWERG anno dom. MCLXII.

Chunradus dictus Chumgelär presb. & mon. noſt. an. dom. MCCCLXI.

Chunradus presb. & mon. noſter. ob. an. dom. MCCC-LVIII.

Emmeramus dictus Stainbergär laic. ob. an. 1390.

G. IIII. Non. Dec. Margareta dicta Voglin, layc. ob. an. MCC-CCLXXXXIIX.

Henricus conuers.

A. III. Non. Dec. Johannes presb. & mon. noſt. congr. prepoſitus in cella S. Eliſabeth.

Caſpar presb. & canonicus de Raitnpuch.

Hainricus conuerſus noſtre congr. 1506.

B. II. Non. Dec. *Johannes dictus Vogel, abbas noſter* ob. ſepultus in capella S. Vdalrici in Latere fundatoris an. dom. MCCCCXXIII.

Henricus presb. & mon. noſtre congr.

Maurus presb. & mon. noſtre congreg. plebanus in pogen. 1539.

C. Non. Dec. Maſſa layc. ob.

D. VIII. Id. Dec. Chunradus dictus Schrenkk. layc. ob.

F. VI. Id. Dec. Perchtoldus presb. & mon. noſt.
Katherina layc. ob. an. dom. MCCCCVI.
Petrus layc. ob.
Sebaldus presb. & mon. de Caſtello.

G. V. Id. Dec. Johannes Diaconus formbacenſis & mon. ob. MCCCLXV.

A. IIII. Id. Dec. Benedictus Mon. de S. Emeramo Rat.
Chunradus Grellnort fautor MCCCLXIII. Otilia Vxor.

B. III. Id. Dec. Nycolaus ſacerd. Magiſter, arcium, plebanus in Aitterhouen ob. an. MCCCCXXI.
Johannes Heuſinger presb. & mon. noſt. plebanus in pogen an. 1478.

C. II. Id. Dec. *Domnus Petrus olim abbas althe inferioris*, cum IX. Monachis & presb. unoque Diacono & fratre conuerſo Chunradus Puchtzhofen layc. ob. MCCCLXX.

D. Id. Dec. Agnes layc. ob.
Otto abbas inferioris althe.
Joannes piſcator presb. & mon. noſt. plebanus in pogen ob.
Andrees layc.
Paulus presb. & mon. de Ensdorf.

E. XIX. Kal. Jan. Johannes presb. & mon. inferioris Althe ob. an. dom. MCCCLXV.
Hermannus Freindorfer, Miles ob. MCCCLXXII.

G. XVII. Kal. Jan. Hermannus ſacerdos. ob.
Machtildis ſoror layc. ob. pl. off. fiat.

B. XV. Kal. Jan. Ewerhardus Rewndorf ſacerd. ob. plen. off. fiat.

Ag-

Agnes layc. ob.

D. XIII. Kal. Jan. Rugerus layc. ob.
Elizabeth layc. ob.
Gregorius presb. & mon. noſter.

E. XII. Kal. Jan. Sebaſtianus Puhelmaier Prior noſtre congr. 1536.
Otilia conuerſa ob.

F. XI. Kal. Jan. Anna layc. ob.

G. X. Kal. Jan. Johannes presb. de Caſtello.
Rugerus Stainchirchār. layc. ob. 1273. plen. off. fiat.

A. IX. Kal. Jan. *Elyſabet dicta Vrſenpechin* layc. ob.
Vlricus laic. ob.

B. VIII. Kal. Jan. *Gallus abbas noſter* MCCCCV.
Andreas, Betrus, Margareta layc. ob.

CIIV. Kal. Jan. Hainricus layc. ob.
Hainricus layc. ob.
Johannes layc. ob.
Wolſgangus dictus Hyberl de Cham, presb. & mon. noſter. ob.
D. Alexius Abbas de Rot.

D. VI. Kal. Jan. Chunradus presb. & mon. noſt. Chriſtanus presb. & mon. noſter an. dom. MCCCCLXII. Prepoſitus.
Georius ſubdiacon. & mon. noſt. ob. an. MCCCLXX.
Hainricus Graul laic. ob.
Agnes layc. ob. Vxor.

E. V. Kal. Jan. *Chunradus abbas noſter* pie memorie, requieſcit in ambitu. ſub lapide inferiore iuxta murum.

F. IIII. Kal. Jan. Reinoldus dictus Aichar. layc. ob. plen. off. fiat.

A. II. Kal. Jan. *Egno* (Egino) *Abbas noſter primus* (poſt. reſtaurationem) M. C. V. requieſcit vixta Wolframum ante S. Benedictum.

D. *Johannes Abbas in Prüflingen* 1537.

Gabriel, presb. & mon. noſt. congr.

Anno Domini M. CCC. XLII. conſcriptus eſt iſte liber beato Petro apoſtolo Patrono in Obernaltach a fratre Chunrado ſacerdote profeſſo & Monacho eiusdem Monaſterii.

MONUMENTA
ELISABETCELLENSIA

PRÆFATIO.

Viculus eſt in Nemore boreali, qua Bojohemium reſpicit, duobus fere milliaribus a Monaſterio Altahae ſuperioris diſſitus, Parochiae Haſelbacenſis ſub Praefectura Mitterfelſenſi, qui haud dubie ab *Azone* quodam, ſolitariam ibi vitam olim agente, *cella Azonis*, uulgo *Azenzell* Nomen ſortitus eſt. Locus iſte ſilueſtribus undique cinctus Moenibus, non niſi per montoſos anfractus, quauis parte adeundus, maxime tamen Haſelbachio venientibus uaſtum, altumque montem anhelis ſuperandum greſſibus opponit; cuius cum iugum attigerint, deſcendunt rurſus in depreſſam & mediocriter decliuem conuallem, ſat amplam, nec aſpectu iniucundam, quippe quae Incolis agrorum ſata; fontium, lignorumque e circumſitis uirentibus montibus copiam, pinguia etiam pecoribus paſcua ſubpeditat.

Quum autem eiuſdem loci Dynaſta, equeſtris ordinis Vir, & auguſtiſſimi Imperatoris *LUDOUICI*, quem *Bauarum* dicunt, Vicedominus apud Danubium *Dietricus ab Haybeck* animaduerteret, incolas ob uiarum difficultatem, Hyemis praeſertim tempore, Eccleſiam ſuam parochialem rarius accedere, ſacrisque Myſteriis intereſſe poſſe, & chriſtianae Doctrinae defectu inter ſyluas pene obbruteſcere; Incommodo huic mederi religioſo zelo percupiens, habito cum filiis, ſoceriſque ſuis, ac *Friderico* Abbate Oberaltacenſi, conſilio, ſtatuit eo loci D. Eliſabethae Landgrauiae Thuringiae honoribus ſacellum ſtruere, & aptum pro quatuor Preſbyteris Monachis eiuſdem coenobii Domicilium, ſub titulo Praepoſiturae, eaque lege, ut Praepoſitus e Monaſterio oberaltacenſi eligendus cum Monachis ſuis quoad regularem diſciplinam perpetuo ſubiectus foret eiuſdem Abbati. Factum id Anno. M. CCC. XLVI. in peruigilio eiuſdem Sanctae, vnde & locus iſte non iam cella Azonis, ſed Eliſabethae, uulgo *Eliſabethzell*. *Elſpetenzell*, *Eſpenzell* adpellari conſueuit. Anno ſequenti adiecit dotem congruam, non a filiis modo, ſed & ab Epiſcopo Ratiſponenſi confirmatam,

ad-

addita conditione, vt prouentibus cum tempore adcrefcentibus, auctoque Monachorum Numero, fas illis foret de fuis, aut aliunde, Praepofitum, Priorem, vel etiam Abbatem eligendi, perpetuis nihilominus temporibus Praelato oberaltacenfi fubiectum.

Perdurauit hoc Inftitutum ad Annum ufque M. CCCC-XC. VIII. quo uacante per obitum D. *Andreae Penzchofer* Praepofitura, Paulftorferianae propaginis quidam, adquem Jus Aduocatiae redierat, fubftitutum in uicem defuncti *Joannem*, ibidem *Penzchofer* dictum, admittere noluit, aedes inuafit, eiectifque noftris, feculares fubceffiue facerdotes intrufit.

Equidem *Chriftannus*, eo tempore Altachii Abbas, nihil eorum praetermifit, quae uindicandis fui cenobii Juribus obportuna uidebantur, belata ducali Regimini Straubingano uiolentae deiectionis Querela. Verum Negotio in longiorem moram, ut non raro fieri adfolet, protracto, huius ille pertefus, & quieti amantior, recuperandae Praepofiturae curam fubcefforibus fuis tranfcripfit,

 qui

qui & ipſi nihil intentatum reliquere, muneri ſuo vt facerent ſatis: ſed nec quicquam.

Interea ſubſtituti e clero ſeculari ſacerdotes, quum vix haberent, quo congrue uiuerent, ſtationem paſſim deſeruere: ſicque ouibus omni Paſtore deſtitutis, caula ipſa cum ſuis prouentibus Aduocatis in praedam ceſſit; donec tandem meliore arridente fortuna, D. *Vitus* Abbas Anno M. DC. XXI. iſtam Cellam e manibus illuſtriſſimae Viduae comitis de *Schwarzenberg*, natae *Karglinn*, tunc temporis loci Aduocatae, numerato iuſto aere redimeret, & cum omni Jure, forenſi, aeque ac tutelari, cenobio ſuo poſt liminio uniret, cepta ibidem Anno ſequenti XXII. die XXIV. Julii poſſeſſione ſolenni, quo ex tempore Praepoſiti regulares denuo fuerunt ſubſtituti, qui pauperculam Plebem Uerbo Uitae paſcerent, & Sacramentis roborarent, atque hac demum ratione factum eſt, ut Cella eliſabethana pia Haybekiorum fundatione Monaſterio Altahenſi adſcripta, emptionis titulo ad illud denuo reuerteretur, fieretque primae intentioni liberaliter ſatis.

SE-

SERIES RR. DD. PRÆPOSITORUM.

I. D. Rugerus ab Anno 1347. ad An. 1362. quo electus fuit abbas Oberalt.

II. D. Gallus demum Abbas.

III. D. Artolfus ab An. 1403.

IV. D. Nicolaus.

V. D. Joannes cum cappa.

VI. D. Petrus Hueber.

VII. D. Wolfgangus Gloeckel † 1439.

VIII. D. Christannus † 1457.

IX. D. Joannes Riemer, electus 1457.

X. D. Joannes Heysinger, resignat post mensem.

XI. D. Vlricus.

XII. D. Joannes Heysinger denuo.

XIII. D. Joannes Leutl † 1474.

XIV. D. Andreas Penzchouer ab An. 1474. ad An. 1483. quo electus Abbas oberaltacensis, sed ab Alberto Duce Bauariae repudiatus, ad Praeposituram suam rediit. † 1498.

XV. D. Joannes Penzchouer electus, sed ab Aduocato eiectus, quo ex tempore intrusi fuerunt sacerdotes seculares sequentes.

XVI. D. Stephanus Gusterl. 1509.

XVII. D. Joannes Eckel. resignat. 1518,

XVIII. D. Leonardus Deidl. resig. 1530.

XIX. D. Casparus Prändl resig. 1548.

XX. D. Rupertus Weiss ab An, 1449. ref. 1450.

XXI. D. D. Gallus Burchard ad An. 1552.

Hoc discedente Praepositura per Annos LXX. uacabat, omni sacerdote Destituta, usque ad Annum 1622, quo Regulares iterum e Monasterio fuerunt substituti, quos recensere longum foret, quippe non amplius electos, nec perpetuos, sed ad nutum amouibiles.

MO-

MONUMENTA ELISABETHCELLENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

N. I. Fundatio Monasterii Cellae S. Elisabethae an. 1346. clm 9711, 155

Gott der geber aller gnaden, haab vnnd ding, gibt auf Erden den Menschen Ehr, Gewalt, Wiz, vnnd haab, das sie die anlegen, thaillen, verzeren nach seinem Pott, Ehren vnnd Lob. Wer ihm aber seiner gnad vnnd gab danckhet mit merung seiner dienstes, vnnd lobes, mit tröstung seiner gelider, dem wil er wider lohnen, vnnd denkhen, hie mit vil gnaden, zu himel mit im selber.

Vnnd davon sey khundt allen den die das Saalbuech sehen, oder hören lesen ewiglich, das der Erber herr vnd Vesst Ritter, herr *Dietrich der haybeckh*, dem Gott genad, *Khaysser Ludtwigs Vitzthomb in Nidern Bayrn*, *bey der thonau*, hat von göttlichen gnaden angesechen, das etlich Leüt in den walden von fer, vor armut selten khoment zu Gottsdienst, vnnd zu dem Gotteswort, vnnd darvon werden sie an dem glau-

glauben, an irer andacht, vnnd an allen göttlichen dingen, vnnd an irer gestalt, als sie wild weren, bey andern Christen Leüten. Vnnd wan der vorgenant Ritter *von haybach* das lang gepriefft het, stelt er darnach mit dem gaben, die im gott gegeben het, das dieselben Menschen haimlich würden an andacht, vnnd an allen guten dingen, Gott zu lob, vnnd im zu frumben, Vnnd dauon da er seinen langen andächtigen firsaz volbringen wolt, da vordert er vnnd namb zu ihm den Ersamben herrn Abbt *Fridrich von Oberaltaich*, mit vier Priestern aus dem selben Closter, unnd sein zwen Schweher, herrn *hillprant von Runding*, herrn *Perthold von Stainberg*, vnnd sein drey Ehrwar Söhn, herrn *Albrecht*, herrn *Dietrich*, herrn *Hannsen*, die Jungen *heybeckhen*, vnnd ander seiner Freündt, vnnd Landleithen michel tail, vnnd fürt sie mit im an der heiligen frauen sanct Elspetten abent auf die Statt zu *äzenzell*, die gelegen ist in der Pfarr *haselbach*, in dem gericht *Mitterfels* vnnd mit irer aller rath, gunst, vnnd gutem willen, hat Er an den selben tag in ganzer andacht, vnnd mit grossen Ernst angefangen, vnnd gestüfft in dem vor genannten dorff *Azenzell* ein Gottshaus vnnd ein Closter dem Allmechtigen Gott zu lob, vnser frauen, vnnd allen heiligen zu dienst, vnnd besunderlich in den Ehren der heilligen frauen sant Elspeten, aller christenheit, zu trost seiner Seel, vnnd aller seiner vorfordern, vnud Nachkomen, vnnd allen glaubigen Seelen, zu hilff, vnnd zu trost, vnnd an dem selbigen tag, sezt der vorgenannt Abbt nach seiner bitt auf die selben Statt zwen Priester aus seinem Conuent, die in Gottsdienst da lebten nach sant Benedicten Regel, vnter der gehorsam des Abbts von *Obernaltach*. Vnd datz der hab mer würde, so solten auch

der

de: her e ı mehr werden, vnnd datz ist geschehen, da man von Christi geburd zelt dreyzehenhundert Jar, darnach in dem sechs vnnd vierzigisten Jar an sant Elspeten tag. Amen.

N. II. Dotatio eiusdem. An. 1347.

Khund sey allen den, die dise geschrifft ansehen oder hören lesen, das der Erber herr vnnd vesst Ritter, *herr diettrich der haybekh*, des durchleichtigisten Kayser Ludwigs Viztumb in Nidern Bayrn bey der Thonaw, da in gott von diser welt vodern wolt, under andern grossen seinen geschefften vnnd handlungen, besonderlich hat versorgt das Gottshaus zu *Aezenzell*, das er angefangen hat in der Pfarr zu *haslbach*, vnnd davon da er lezter vnnd pesser war, widmet er das selb Gottshaus mit den vrbarn vnnd den geschefften, die hie geschriben seind. Des ersten in dem gericht zu *Mitterfels* das vorgenant dorf *Aezenzell* für rechts aygen, mit wasser, mit holz, mit allen nuzen, vnnd Ehren, die darzu gehörent, die davon khomen mögen, zu veld, vnnd zu dorff, besucht, vnnd vnbesucht, ohn das guet, da auf sizt des *hirranz* brueder. Er hat auch dargeben ein lehen datz *Bühel* für rechts aigen, mit allem dem vnnd darzu gehörent, zu veld vnnd zu dorf, besucht vnnd vnbesucht. Er hat darzu geben ainen Hof datz *Tal* in Deggendorfer gericht, des sein *Salman* gewesen ist *Friderich der Penzekofer* mit allem dem vnnd darzuegehört, besucht vnnd vnbesucht, zu veld vnnd zu dorff. Auch hat er darzue geben zwen wein gartten, in *werder gericht*, der ainer haiset *Zinobel*, der ander *Mersenchofer* für rechts freys aigen mit allem dem vnnd darzu gehört, besuecht vnnd vnbe-

ſuecht, zu veld vnnd zu dorff. Er hat auch zu dem ſelben Gottshaus geſchafft hundert Pfundt, vnnd fünff vnnd ſibenzig Pfundt Regenſpurger Pfenning, die ſein ſün dargeben ſollen den herren das ſie damit das Gotteshaus bauen, vnnd ſich zu haus richten, vnnd Gott vmb in ewigelich bitten. Vnnd das iſt alles geſchafft, vnnd geſchehen in der Statt zu *Landaw*, vnnd iſt dabey geweſen, der vorgenant *herr Abbt Fridrich von Obernaltaich*, dem diſs alles hinz ſeinem treüen beſonderlich empfolhen ward, vnnd ſein drey Sün, herr *Albrecht*, herr *Dietrich*, herr *Hanns*, herr *Hilprandt der Rundinger*, *Perchtold der Stainberger*, *Chunrad Ritter zu dem Pürglein*, *Albrecht der Prior von Altach*, *Hainrich der Landtſchreiber*, *etwan Kaſtner zu Cham*, Datz iſt geſchehen da man zalt von Chriſti gepurt M. CCC. iar darnach in dem XLVII. Jar an dem dritten tag vor ſandt Angneſen tag. Amen.

Clm 2711, 155

N. III. Confirmata fundatio An. 1347.

Ich *Albrecht*, vnd ich *Dyetirych*, vnd ich *hanns von haibach* veriehen & cet. daz vnſer Erberger vnd lieber Vater herr *Dietreich von haibach* Vieztumb pey der tunaw in Nidernpayrn, dem Got genad, mit vnſrer vnd vnſer ſwegern herr *hilprant von Runting*, herrn *Perchtoldn von Stainberch*, vnd mit andrer vnſer frewnt gunſt, Rat, vnd guten willn hat in groſſer andacht pey im lebentigen angeuengt, vnd geſtiſt in dem dorff zw *äczenzell* ein Gotzhaus vnd ein Chloſter dem almächtigen Got zu lob, vnſrer frawn vnd allen heiligen ze dinſt, vnd beſonderleich in den eren der heiligen Frawn ſand Elſpeten, ſeiner ſel, vnd aller ſeiner Vorvodern vnd nachkomen,

und

und allen gelaubigen seln ze hilf vnd ze trost, vnd zu dem selben Gotzhaws hat er ledichleich vnd mit verdächten muet geben daz vorgenant dorff *ätzenzell* allez, an daz güt, da auf sitzet *herr Fridreich der Chroph.* Er hat auch dahin geben ain hoft datz *Tal*, ain lehen *daz Püchel*, zwey Weingarten dy oberhalb *Wertd* ligent, der ainer hayzzet der *Zmobl*, der ander *Mesenchouer*, vnd dy selben gut allew alz sy vorgenant sind, hat er dem vorgenant Gotzhaws *Azenzell* geben ledichleich fur rechtz aygen ze veld, ze dorff, besuecht, vnd vnbesuecht, mit wisen, mit ackern, mit wayd, mit waffer, mit holz, mit allen nutzen vnd eren dy darzu gehornt, oder davon chömen mügen. Auch hat er zw dem selben Gotzhaws geschafft an seinen end hundert pfund, funf vnd sibencik pfund Regen. pfenning, damit dy herren daz Gotzhaws pawn, vnd sich ze haws richten, vnd dy selben pfenning schüll wir geben dem pfleger der vorgenant Zell, swer der ist oder wird von summ zw summ, vnd der sol dann dem herrn vnd dem Abpt zw obernaltach vnd vns aufweysen vnd in pringen mit raytung wye er sy an gelegt hab. Ez hat auch vnser vorgenanter vater, dem Got genad, daz obgenant Chloster ein geantwurd vnd empholhen mit vnserm willen vnd gunst dem Ersamen *herrn Abpt Fridreich zw Obernaltach* mit der weschayden daz er Abpt Friderich oder swer Abpt datz Obernaltach ist, oder wird, daz selb vorverschriben *Chloster Azenzell* dy weill ez segz oder ächt oder XII. person mit seiner hab nicht verlegen müeg, wesetz vnd pewor dar sennt auz seinem Conuent vnd dann voder nach seinen trewn vnd eren nach dez angevengtes Chloster hab nutz vnd früm priester vnd person, vnd besunderleich einen pfleger nach vnserm rat der vns, dy

weyl wir drey leben, vnd dem Abpt von Obernaltach antwurt von werltleichen gefchäpften. Ez fullen auch dez vorgenanten Chlofters herren tragen fand benedicten regel vnd orden vnd mit der gehorfam vnd geiftleichen fachen fein ewichleichen vnder dem Abpt ze Obernaltach fwer der ift oder wird, doch mit der befchayden, daz er in chain layd, chainen gebalt, chainem chranch tüe oder getun müg an vrbarn, noch an aygen, noch an varnter hab dy fy habent oder noch gebbinent. Swen aber daz felb Chlofter *äzenzell* fegs oder ächt oder XII. perfon verlegen mag mit feiner hab, fo mügen vnd füllen fy dann felb an all widerred vnd irrung perfon vnd lewt enphahen vnd auz in oder auz andern Conuenten welen nach der heyligen vater fätzen Probft oder Prior oder Abpt vnd derfelb erwelt er fey Probft Prior oder Abpt foll weftätt wern von dem Abpt zu Obernaltach fwer der ift oder wird. Awer weich vnd andrew geiftleichew recht fol er enphahen von dem Bifcholf ze Regenfpurg. Swer auch vnder vns vnd vnfern erben, ob wir fy mit Gotz genaden gewinnen der Eltz ift oder wird, der fol dez felben Chlofters *azenzell* wefunder vogt vnd virfprecher fein an weltleichen fächen trewlich, an gevär, alfo daz er dhainerlay recht noch vodrung hintz dem felben chlofter haben fchol, noch eintrag dann daz ym dez felben Chlofters pfleger er fey Probft prior oder Abpt, alle Jar ze einer erung geben fol zwey gevilzt Schuech, ze einer vrchund, daz daz felb Chlofter von vnferm vater vnd von vns geftifft fey, vnd darumb daz dy priefter vnd herrn dy da find oder noch dar chöment Got dez der andächtileicher da gedienn mügen verzeich wir vns gar vnd gantzleich der obgenant gut vnd allez dez daz fy habent oder gewinnent von fel gerat,

mit

mit arbait, mit ſaliger lawt hilf, ſy ſein vnſers geſchlachtz oder ſwer ſy ſein, alz gantz trewleich vnd ledileich daz wir vorgenanten *heybekhen*, vnſer ſweſter, vnd vnſer vorgenant ſwager, vnd all vnſer erben vnd frewnt dy wir haben, oder noch gewinnen, dar auf chain recht, chainen nütz haben noch gewinnen noch ſüchen, noch vodern ſchüllen noch enmügen ewichleich mit recht noch an recht an daz wir lawtterleich in got durch vnſers lieben vaters ſel willen, dem Got genad, vnd durch merung vnſer ſälden dem ſelben Chloſter raten vnd helfen ſülln alz ſtarch wir ſein vnd daruber zu einer ewigen Sicherheit vnd zw einen vrchund geben wir vorgenanten *haybekchen* dem Chloſter *äzentzell* diſen prief verſigelten mit der Erbergen herrn dy hin nach genant ſind Inſigeln, *herrn Fridreich Abpt zw obernaltach*, *herrn hartweig von Degenberg*, *hofmaiſter in Nydern payrn*, *herrn Peter von Ekk Vitztum zw Strawbing* & cet. Wann aber ich *Hanns von haybach* nicht aygens Inſigl han, verpint ich mich trewlich & cet.

N. IV. Confirmatio Cellae S. Eliſabethae facta ab Epiſcopo Ratiſponenſi. An. 1347.

Nos *Fridericus* dei gratia Eccleſiae Ratiſponenſis Epiſcopus profitemur & conſtare volumus vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, quod nos inſpecta Deuocione & ſalutari propoſito ſtrenui militis pie memorie *Dietrici de Haybach* nec non heredum ſuorum & aliorum parentum ſuorum humili & deuota ſupplicacione conceſſimus, vt in parochia *Haſelpach* in loco dicto *Atzenzell* noſtre Dyoceſis monaſterium & oratorium conſtruatur ad laudem ſancte & indiuidue Trinitatis, ſancte &

 per-

perpetue Virpinis Marie, & omnium electorum & specialiter ac precipue in honorem sancte Elyzabet nobilis ac illustris femine, quandum vixit, in deuocione habuit speciali. Volumus autem vt fratres ibidem seruientes & in posterum seruituri sub obediencia & professione regulari ordinis & habitus sancti Benedicti manere debeant, subiecti Venerabili Abbati in *Obernaltach* ordinis eiusdem, qui de vita, moribus, & conuersacione ipsorum curam gerere. ipsisque sicut Superior suus, sew pater Domus, preesse debeat in cunctis, que vitam monasticam attingunt, & obseruanciam regularem, saluo tamen eo quod res suas mobiles & inmobiles, quas nunc habent vel largiente Domino sunt in posterum habituri, idem Abbas suis vel Ecclesie sue proprietatibus iuribus vel vsibus nequaquam ualeat applicare. Idem etiam Altachensis Abbas, quicumque pro tempore fuerit, debet fratribus in presato loco secundum facultates suas existentibus discretum preponere Prepositum sew rectorem & non solum sacerdotibus sew fratribus presit, sed eciam regimen & curam animarum quantum ad personas ibi degentes dumtaxat exerceat, & tam in vita quam in morte eis ministret ecclesiastica sacramenta. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decreuimus, ut eorum deuocioni & extreme voluntati, qui se illic sepelire deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ceterum ne ex hoc parochialis Ecclesia sua iusticia defraudetur, volumus, ut de prediis suis, que vel nunc habent, vel in posterum eos habere contigerit, Plebano loci, intra cuius Parochiam bona vel predia ipsa sita fuerint, decimas exsoluere teneantur, eciam si propriis ea manibus excolant,

lant, nisi que de nutrimentis animalium suorum, sew de nouualibus, que propriis manibus seu sumptibus colunt, uel colere incipient, nullus ab eis decimas exigere presumat. Ipse eciam plebanus, quicumque fuerit, nichil ab eis amplius exigere poterit, nec in aliquo eos subicere sue potestati, Sane quia predictus miles *de Haybach* pro remedio anime sue & pro animarum antecessorum & heredum suorum prefatum locum *Atzenzell* cum siluis, pratis, pascuis, agris, aquis, eidem loco adiacentibus, & curiam dominicam in *Tal*, & feodum vnum in *Püchel*, & duas vineas in *Wirdea* sitas, quarum vna *Zmobl*, altera *Mesenchover* vocatur, cum omnibus iuribus, attinentiis. appendiciis suis cultis & incultis, quesitis & inquirendis, fratribus ibidem Deo servientibus, & successoribus eorum contulit, tradidit libere & donavit cum manifesto consensu filiorum suorum, nos donacionem huiusmodi approbamus, ac ipsis fratribus manere & consistere volumus perpetua roboris firmitate. In quorum omnium & singulorum evidens signum roburque perpetuum presentes litteras memorato loco tradidimus, sigillo nostro, nec non antedicti *militis de Haybach* filiorum sigillorum munimine roboratas.

N. V. Concessio Juris braxandi, & Immunitas Steurarum An. 1356.

Wir *ALBRECHT* von Gottes gnaden Pfallenz Graue bei dem Rein vnd Hertzog in Bayren. Bekennen offenlich mit disem brief, das wir zefordrist durch Gott vnnd durch vnser Vorfordern Seel vnd hail willen, dem Gottshaus ze sand *Elspetenzelle* vnd herrn *Rugern* dem Priester, vnd der gemein daselben, vnd allen Iren nachkomen, die genade haben gethan,

than, das sie haben sollen ein Breyhaus in Irer hofmarch da sie Inen Preuen nach irer notthurst, vnd wer zu Inen icht shütt, den sollen si dasselb auch Preuen. Wir haben Inen auch erlaubt das der Preu shenkhen soll, welcherley tränckhen er hab. Wir haben In auch die gnad gethan, das wir wellen das si vnd auch Ir leith, die si haben bei In in dorff zu *Aezenzelle*, vns fir bas icht mer Järlick kein Steier sollen geben. der Münsteüer leichen virzig Pfenning gewesen ist Regenspurger Münze, die haben wir In abgenomen mit dem Brief, vnd da von wellen wir, vnnd gebieten allen vnsern Amptleuten, die wir jezund haben, oder fir bas gewinnen, Viztumb, Richtern vnnd wie si genand seind, gar vestiglich, bei unseren hulden, das Ir si in dem obgenandten Stukhen vnd gnaden, die wir In geben han vnd gethan. Vnd si mit nichten daran leidiget noch beschweret, vnd si fir vnseren wegen daran fidert zu wem si Euer darzu bederffen. Wan wir wellen vnnd mainen, auch das In das stätt bleib, und darüber zu einer Vrkund, geben wir in den Brief versiglet mit vnseren Insigl. der Brief ist geben ze *Straubing* nach Christes geburt dreutzehenhundert Jar vnd darnach in dem sechs und fünftzigstem Jare an des heiligen Kreutz tag als es erhöhet war.

MO-

MONUMENTA
OSTERHOVIENSIA.

PRÆFATIO.

Osterhovium, nobile Canonicorum regularium S. Norberti, quos a Præmonstrato adpellant, Collegium, in Colle amæno Istrum inter & Vilusam situm, eiusdem nominis Oppido, regio olim Carolidarum Palatio celebri, adjacet, ac Tetrachiæ Landishutanæ accensetur.

Fundatorem veneratur Vtilonem Bajoariae Regulum, tot coenobiorum in Patria nostra Authorem munificum, qui D. Pirminii opera ac Consilio D. Benedicti Sodalibus primo illud consecravit, suisque ac Conjugis suæ Hildetrudis, Caroli Martelli Filiæ augustis Exuviis decoravit, seræ Posteritati venerandis.

Variam deinceps Locus iſte Fortunam expertus eſt, poſtquam Hunnorum Furori, uniuerſæ Germaniæ funeſto, & ipſe ſuccubuit, Initio demum ſeculi XI. ab Henrico Hezelone, S. Chunegundis germano Fratre, Boiis tunc Jura dante, ſuis e Ruinis reſtauratus, & Canonicis quibusdam ſecularibus, qui viginti fere Luſtris eundem incoluerunt, commiſſus, ubi ſuos ac Conjugis Mariæ Cineres recondi voluit, grata hodiedum Memoria celebres.

Excluſis tandem D. Norberti Conſilio prioribus Incolis, D. Otto Babenbergenſis Epiſcopus, cuius Eccleſiæ clientelari Juri Henricus Imp. ſanctus ceptum Opus perficiens, Locum iſtum ſubdiderat, præmonſtratenſem Ordinem ſub An. M. C. XXVII. ibidem induxit, qui ad hunc uſque diem in ſuo Candore perſiſtit.

Fata reliqua, ac Viciſſitudines, quibuſcum inclytum hoc Coenobium confligere neceſſum habuit, in Annales coegit eruditus Aſcetæ huiatis Calamus, qui Lucem publicam haetenus exſpectant.

Iſtud ſilentio haud prætereundum, quod Sereniſſimi Bauariae Duces Clementiſſimos ſe ſemper erga hunc lo-

Locum exhibuerint, opimis Censibus dotarint, hacque inter alias insigni Prærogativa decoraverint, ut eiusdem Antistites Principi a sacris Largitionibus essent, diuina coram eo facerent, atque Capellanos ceteros in Palatio antecederent, ut pluribus exprimunt Diplomata N. XXXIX. & CX. ordine suo istis Monumentis inserta.

Nec minus Ornamenti eidem accedit magnifico Templo, nostra Memoria a Fundamentis splendide ac babasilice excitato, artificiosa Asamiorum Manu prope ad Invidiam exornato, ut omnium in se intuentium Oculos rapiat, ac sacro quodam Stupore perfundat.

Quod autem ad Musas nostras propius adtinet, singulari eas Humanitate complexus est R. R. D. D. Michael, Præsul ad omnem Modestiam compositus, & meliore Fato dignus, qui Membranas omnes, quotquot rapax Flamma Principio decurrentis Seculi cuncta pene Aedificia depascens, intacta reliquit, plena Manu iisdem lubentissime communicavit, caeteris ad Fidem Gevvoldi subpletis; cui proin amplissimo Viro, de Re litteraria nostra cum primis merito, publicas hoc Loco Grates rependimus, & aureos Dies ex Animo precamur.

SERIES R.R. D.D. ABBATUM ET PRÆPOSITORUM.

Volkenhardus Abbas, interfuit Synodo Dingolfinganae Anno 772.

Reliquorum Nomina Ignorantur.

Ab Anno 1138.

1. Euchwinus (Richwinus) Praepositus resignat An. 1140.
2. Truhemarus † 1155.
3. Engelschalcus † 1180.
4. Dietmarus † 1181.
5. Waltherus † 1195.
6. Gerungus † 1228.
7. Henricus præfuit adhuc An. 1231.
8. Vdalricus resign. 1240.
9. Bertholdus resign. 1241.
10. Henricus II. resign. 1254.
11. Eberhardus depositus 1255.
12. Vdalricus II. resignat post duos Menses 1255.
13. Hermannus post sex Menses depositus 1256.
14. Albertus praefuit adhuc 1263.
15 Diepoldus, exauthoratus 1265.

16. Hartwicus resignat post sex Menses.
17. Conradus depositus 1283.
18. Vdalricus III, resignat 1285.
19. Albertus II. seu Albero † 1288.
20. Conradus II. ab An. 1286. præfuit Mens. sex.
21. Vdalricus IV. de Holzheim. primus Abbas ab An. 1288. † 1324.
22. Vdalricus V. Spörl † 1335.
23. Hermannus II. † 1348.
24. Petrus resign. 1360.
25. Albertus III. præfuit 36. Septiman. 1361.
26. Engelbertus.
27. Wilhelmus post 5. annos depositus praef. An. 1363.
28. Rutgerus ab An. 1367. † 1390.
29. Andreas Eselhover † 1405.
30. Joannes præs. 3. Mens.
31. Joannes II. Vetter ab An. 1406. † 1420.
32. Ernestus ab An. 1421. præf. Mens. 6.
33. Andreas II. Kamp, seu Caucz ab An. 1422. † 1433.
34. Martinus Wirtinger † 1436.
35. Petrus II. Lamp. ab An. 1437. † 1447.
36. Joannes III. Amelstorfer † 1461.
37. Joannes IV. Schiltl † 1484.
38. Georgius Hölzl resign. 1500.
39. Joannes V. Retzinger † 1505.

40. Vitalis de Seiboltstorf † 1508.
41. Stephanus Wirsinger † 1544.
42. Joannes VI. Pockh † 1547.
43. Augustinus Abbas S. Salvatoris, Administrator.
44. Georgius II. Schregl ab An. 1548. depositus 1555.
45. Wolfgangus Scharfnikhl depos. 1557.
46. Joannes VI. Bitterl, Staingadensis, Administrator ab An. 1558. dehinc Abbas † 1578.
47. Joannes VII. Wolf. administrator. ab An. 1579. dein Abbas resignat 1593.
48. Michael Vögele † 1603.
49. Joannes VIII. Wockhelius ab 1604. † 1625.
50. Georgius III. Greiss † 1629.
51. Christophorus Dimpfl ab An. 1630. † 1672.
52. Godefridus Molitor resign. 1675.
53. Michael II. Stainmayr † 1701.
54. Ferdinandus Scöller † 1717.
55. Josephus Mari † 1727.
56. Paulus Wieninger † 1764.
57. MICHAEL III. ab An. 1765.

MO-

MONUMENTA OSTERHOVIENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

N. I. Fundatio Osterhouensis Ecclesie a Domino Heinrico IIII. Duce Bawarie. *

Imperatore tertio *OTTONE* rebus humanis exempto *HEINRICUS* Dux Bawarie qui uocatus est *iunior* in imperium subrogatur. Huic in Ducatum Bawarie succedit *HEINRICUS*, qui & *Hezel* dictus est, patruelis eiusdem Imperatoris. Hic duobus filiis orbatus, quos Huni peremerunt, Christum heredem sibi facere instituens, locum *Osterhouen* fundare, & patrimoniorum suorum copiosa liberalitate magnificare adorsus est. Sed prematura morte traductus, institucionis & propositi sui heredem imperatorem dereliquit. Hic quoniam & ipse sine heredibus carnis permansit, Babenbergensem Episcopatum fundauit, & Osterhouense Monasterium cum omni predicti Ducis patrimonio episcopatui donauit & subiecit, & seculares Canonicos in loco Osterhouen ordinavit, constituta eis prebenda de modica porcione predictarum possessionum, que institucio pene

* E Codice membraneo, Scristo sub D. Abbate Petro electo an. 1349.

per centum annos usque ad Ottonem Episcopum permansit. Hic consilio Domini *NORTPERTI* archyepiscopi secularibus Canonicis exclusis, locum *Osterhouen* albis Canonicis mancipans, premonstratensem ordinem deuote induxit, anno ab incarnacione Domini M. C. X. (legendum M. C. XXVII.) regnante Levthario Imperatore.

Anno Domini M. CCC. XLVIIII. In Octaua S. Johannis Ewangeliste Electus & confirmatus est dominus *PETRUS* Canonicus huius Ecclesie pro Pastore Osterhouen Ecclesie, & nona die post electionem a reuerendo patre & Dno. Dno *GOTFRIDO* venerabili Episcopo Ecclesie Patauiens. in principali altari in abbatem est laudabiliter & deuotissime consecratus. Hic jussit conscribi hunc librum scilicet Registracionem possessionum, prediorum, & reddituum dicte Ecclesie Osterhouen, sicut poterat diligentissime colligi & inueniri in antiquis & diuersis Registris, & inuestigari uel agnosci ex veridica relacione a sanioribus & senioribus fide dignis. Et ideo hunc Librum Registrum nominauit, ut ydoneus rector in omni actione sua inueniat, & ut sibi & nobis & nostris successoribus salubriter & utiliter prouideret, ne dicta Ecclesia propter negligenciam officialium dampnum uel detrimentum paciatur. Nomina etiam illorum, precipue Dni. *HAINRICI* ducis Bawarie fundatoris nostri, & aliorum nobilium, seu fidelium quorumcunque, qui ob salutem animarum suarum Ecclesiam nostram suo Patrimonio dotauerunt, & de suis rebus ditauerunt, huic libro inscribi, & cuilibet officio ascribi suos determinatos prouentus granorum, uel denariorum, & in qua Parochia siue iudicio possessiones sint posite, curauit interseri studiose ad laudem Dei

sancte-

ſanćteque Marie Virginis, & beate Margarete Virginis ac martiris patrone noſtre, & ad utilitatem Eccleſie ſupradićte.

N. II. Fundatio Anniverſarii in Capella infra Turres. An. 1110.

Notum ſit Chriſti fidelibus nunc & in futuro. *OTTO* beate memorie Dei gratia *Babenberg.* Epiſcopus; capellam quam in honore. S. Marie conſtruxit, & dedicauit circa annum Domini MCX. * S. Margarete feliciter & humiliter pro anime ſue remedio contulit, cum omni totali beneficio, quatuor manſus, & tertiam partem unius manſus. Inſuper dimidium manſum *Oſterhouen*: fratribus in eodem loco Deo militantibus proprietauit, quem ſacerdos quidam *Engelgiz* preſens pro beneficio habuit. Addit etiam his dimidium manſum *Maegnig.* ad anniuerſarium obitus diem *HEZLI DUCIS*, dimid. tal. *Winzer*, & dimid. de *Oſterhouen* duos manſus & dimid. in honore S. Margarethe aſſignauit, ut annuatim eius memoria pie & honeſte condicatur & locum quendam iuxta *Goſſenpach.* Item addidit manſum *Ruperti de Lintzing* ad idem altare ſeruiendum.

* Aliud MS. recentius ita legit:

„ Anno Domini M. C. XL. edificata eſt Baſilica B. Mariæ „ Virginis, & circumſtantibus Turribus honorifice decorata, a „ Venerabili Dno Ottone Epiſcopo Bambergenſi dotata & dedi- „ cata ad honorem Dei & Genitricis ſuæ Mariæ, ſanćtæque „ Virginis &c.

N. III. Traditio cuiusdam Famulæ ad Ministerium Ecclesiæ Babenbergensis. A. 1138.

OTTO Dei gratia sancte Babenbergen: Ecclesie indignus licet Episcopus, cunctis fidelibus notum esse cupimus, tam futuris quam presentibus, qualiter *Chuno de Horburch*, una cum *uxore sua Adelheit*, quandam sue proprietatis famulam *Hailkam* nomine, interuentu fidelium nostrorum tradiderunt super altare sancti Petri in *Babenberg* in presentia nostri, ea videlicet conditione ut tam ipsa *Hailka* quam omnis sue posteritatis successio potiatur eo jure, quod summi ministeriales Ecclesie Babenbergensis noscuntur habere. Que traditio ut omni euo inconuulsa permaneat, presentem cartulam fecimus inde conscribi, quam & Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Quicunque ergo sciens eidem *Hailke* aliquam iniuriam uel uiolentiam fecerit, si correptus non correxerit, nec emendauerit, sed in nequitia sua perstiterit, anathema sit. Huius traditionis testes sunt hi, de fidelibus ac Ministerialibus nostris *Poppo de Ahorn. Starker de Mittechindorf, Fridericus & frater eius Otto de Liuttenbach, Ezzo & Outto de Burgelin, Gundenloch, Pippin & Pillunc de Podelendorf, Ebo de Trebensdorf, Henricus de Chuerbelenriuet, Wilhalm de Minegehausen, Rudolf de Osterhouen & frater eius Gotebolt, Ruediger de Ebringen, Berichtolt de Tetelingen, Rapoto & Dietmar de Poedingen, Hartlieb de Reichendorf, Ernest & Adelbrecht de Muchil, Chunr. de Maminsdorf, Chunrat de Vraha, Hartunc, Ludweich & Adelbrecht de Meginuelt, Walchel de Islingen- Hartliep de Birlebez, Adelram de Mulhaim. Heinr. de Paumgarten.* Preter hos *Eigilbertus Decanus, Chun. custos, Tuto Magister, Vdal-*

Vdalricus longus, *Eberhardus Capellanus*, *Volchmar*, *Helmrich de Warza*. De ministerialibus siue fidelibus predicti *Chunonis Purchardus de Windesbach*, *Hartnit de Greifesbach*, *Eberhart de Willenbach*. *Sigebot de Trennelin*, *Ludfrid de Litespach*, *Gernot de Butendorf*. *Karl de Rostal*, *Eberolf de Hasela*, *Wolftrigil de Winezgor*, *Aribo & frater eius Friderich de Wartenberch*, *Sigefrid de Chaldorf*, *Berichtold de Swaba*, *Wecil & Hertweich de Wartenberch* Anno dominice Incarnationis MCXXXVIII. Indictione prima, X. Kal. Junii, regnante *CHUNRADO* Rege, primo anno regni eius in Curia *Babenberg* habita, feria II. post sanctum diem Pentecostes, acta sunt hec.

N. IV. Concambium pro Ecclesia in Chassen. an. 1143.

R*egenbertus* Dei gratia *Patauiensis* Ecclesie Episcopus, Uniuersis Christi fidelibus. Cum iustum sit quemcunque bonorum honestis religiosorum occurrere uotis, nos quoque fratres nostros *Osterhouenses* Deo militantes, debita benignitate amplectentes ex auctoritate Domini Apostolici *Eugenii* III. & rogatu Domini *Eberhardi* Ven. *Babenberg*. Episcopi, cuius locus ille subiacet ditioni, cum consensu cleri & populi nostri, Ecclesiam *Chassen* cum omnibus pertinentiis suis, que nostri iuris erant, ipsis in legitimam possessionem contradidimus. Verum ne successores nostri ullum sui seruitii patiantur detrimentum, & possint nostrum calumniari factum, sed largitionis ipsius perpetuam stabilitatem atque firmamentum, accepimus ab ipsis in commutationem predium *Rossebach* quod ab eis iure fuerat possessum. Igitur predictam Ecclesiam eisdem fratribus usibus ipsorum profuturum, auctoritate apostolica & nostra fir-

mamus & ſtabilimus, & ad indicium firmitatis hanc paginam ſygilli noſtri impreſſione munimus. Teſtes autem horum ſunt *Marchio Engelbertus & frater eius Rapoto. Hertwich de Hagenaue. Pabo de Zulling. Wernherus de Wainesdorf. Otto de Moſen. Dietherus de Hals. Chunr. de Itbenſpach. Wernher & frater eius Richger de oſterna.* & plures alii ſub eadem ſigilli noſtri impreſſione firmamus, & banno predicte Eccleſie Oſterhouen. decimas *Goſſenpach*, & prediolum accepto ab ea, *Homingeshube* & predio *Miſtebach* in concambium. Teſtes ſunt *Alram de Chamb, Hartwich de Hagenawe. Ekkolf de Warte. Engelboto de Beerendorf. Wilhaim de Mulhaim. Regenger de Johensdorf. Adelbrecht de Birenbach, Gotebolt de Oſterhouen.* Datum anno incarnationis Dominice MCXLIII.

N. V. Introductio Ordinis ad Eccleſiam cum Libertatibus a Sede. an. 1146.

E*UGENIUS* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: dilectis filiis *Truhemaro* Prepoſito *Oſterhouen.* Eccleſie ſancte Margarite eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine vere cultu religionis nec Charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſeruitium, expedit apoſtolice auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum loca pia protectione munire. Ea propter dilecti in Domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona in preſentiarum

iuſte

iuste & Canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, firma vobis uestrisque successoribus illibata permaneant. Sane Laborum uestrorum quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium uestiorum nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Statuimus quoque, ut ordo Canonicus secundum beati Augustini regulam & institutionem Fratrum Premonstratensium perpetuis sibi temporibus inuiolabiliter obseruetur. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis uestre facultas sit alicuius leuitatis instinctu uel arctioris religionis obtentu sine Prepositi vel Congregationis uestre licentia de claustro discedere, quod si discederet, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus omnino hominum, sine communium literarum cautione eum audeat retinere. Si uero secundo, tertioue uocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci Preposito canonicam in eum proferre sententiam. Liceat quoque vobis in communi interdictis ipsius terre exclusis excommunicatis & interdictis submissa voce diuina officia celebrare. Porro Sacramenta ecclesiastica a dyoecesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, eaque uobis gratis, & sine prauitate aliqua uoluerit exhibere. Alioquin Catholicum quemcunque malueritis, adeatis Antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Prohibemus insuper, ut nullus aduocatus locum uestrum siue homines vel bona ad ipsum pertinentia iniustis aut indebitis audeat exactionibus fatigare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri delibe-

raue-

rauerint, deuotioni, & extremae uoluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti, nullus obsistat, salua iustitia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere, quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate & dioecesani Episcopi canonica iustitia. Si igitur &c. Amen, Amen, Amen.

(L.S.) Ego Eugenius catholice ecclesie eps SS.
† Ego Theodewinus Sce Rufine eps. SS.
† Ego Ymarus Tusculanus eps; SS.
† Ego Gregorius preb. Card. tit. Calisti SS.
† Ego Guido pbr. Card. Sci Crisogoni SS.
† Ego Aribertus pbr. Cardinal. tit. Sce Anastasie
† Ego Julius pbr. Card. it. Sci Marcelli SS.
† Ego Guido in Rom. eccla altaris minister indign. SS.
† Ego Astaldus diac. Card. Sci Eustachii justa templum agpx.
† Ego Johanes diac. Cardinal. Sci Adriani SS.
† Ego Gregorius Sce Rom. eccle. indign. diac. SS.
† Ego Jacintus diac. Card. Sce Marie in cosmydyn SS.
† Ego Petrus diaconus Cardinalis Sce Marie in via lata SS.

Dat. Viterbi per Manum Guidonis Sce Rom. eccle diac. Card. & Cancell. X. Kl. Jan. Indictione X. Incarnationis dnice anno MCXLVI. Pontificatus uero domni Eugenii III. Ep. anno secundo.

Originale cum Sigillo.

N.

N. VI. De Redditibus Hall ab Episcopo Babenberg. circa an. 1150.

Ewerhardus Dei gratia Babenberg. Episcopus *Rudolfo Hallensi* omne bonum. Mandamus vobis sub obtentu gratie nostre, ut quod de villicatione vestra fratribus nostris debetur, iuxta quod in presenti charta notatum est, certo deinceps tempore quod vobis & ipsis complacuerit, sine contradictione persoluatis, singulis IV. claustris his, que hic notata sunt, chartam nostro sigillo signatam commendauerimus. Ut huius nostre constitutionis ipse fratres nostri testes sint: quorum utilitatibus hec bona nos & beate memorie predecessores nostri *Otto* videlicet, & *Eilbertus* Episcopi prouidimus, Rudolfus Hallensis & Uxor eius Irngart persoluunt, ut constitutum est IV. Claustris sc. *Aspach*, *Aldersspach*, *Osterhouen*, *Bruuiningin* omni anno vel sex tal. & dimidium, vel quantum salis pro hac pecunia dare debetur. Quarum rerum distributio talis est, ad *Aspach* persoluunt unum talent. vel VIII. Carrat. Salis. ad *Aldersspach* X. Sol. vel X. Carr. Salis ad *Bruuingin* XX. sol. vel totidem carr. Salis. LX. dn. qui supersunt de predicta pecunia ad jus villlici pertinent.

N. VII. Confirmatio donationis Ecclesiae in Chassen. An. 1155.

Chunradus Dei gratia Patauiensis Episcopus. Uniuersis Ecclesie fidelibus salutem in perpetuum. Nos a Deo inspirati, & religiosis bonorum exemplis prouocati, que antecessores nostri Pontifices deuote secundum Dominum in suis priui-

legiis nobis tradiderunt, renouando confirmamus, & siqua ipsis in eodem spiritu facere potuerimus, ne in obliuionem quandoque deueniant, testibus & scriptis commendare curamus; ex quibus est illud quod olim communi utilitate & petitione multorum interueniente, inter predecessorem meum benedicte recordationis *Reinbertum* Episcopum & fratres *Osterhouensis* Ecclesie celeberrime cum conuenientia Cleri & populi Patauiensis factum est concambium, quando sicut extat in priuilegio illorum fratribus prefatis, Episcopus ille Ecclesiam *Chassen* cum omnibus suis pertinentiis temporalibus pariter & Ecclesiasticis contradidit, & ab ipsis predium in *Rossenbach* situm pro equiualenti concambio recepit. Decimas quoque de curtis ipsorum simili modo contradidit. accepta pro digna commutatione ab eisdem fratribus *Honingeshube* & predio *Mistelbach*. Nos igitur & illud & omnem prelato loco legitime factam siue donationem siue quarumcunque rerum commutationem libenter cognoscentes antecessoribus nostris Episcopis non solum consentimus, sed eorum quoque sicut & nostras in quorumcunque beneuolentias sepe iam dictis fratribus exhibitas omni fauore, & astipulatione munimus. Denique tempore nostri Pontificatus tum utilitatis ratione, tum pro litis decisione quem mut. rationabiliter tertiam partem decimarum predicte Curtis priori innitentes priuilegio sibi usurpasse videbantur commodum, atque per necessarium, consilio & instantia nostrorum fidelium, nobis & pretaxatis fratribus fieri concessimus concambium; quatenus videlicet ipsis eandem tertiam partem decimarum, quae in *Gossenbach* nos & Vicarium nostrum Sacerdotem attinebat, perpetuo iure traderemus, & ab eis prediolum sui juris in *Chriestorff* situm pro concambio sicut factum

est

eſt reciperemus. Ut igitur hec noſtra, predeceſſoriſque noſtri largitio predicte ecclefie Oſterhouen. fratrum inibi Deo famulantium uſibus omnimodis ſeruitura firma & inconuulſa permaneat, auctoritate apoſtolica ac noſtra ſub banno preſenti pagina confirmamus ac ſtabilimus, & ad indicium firmitatis paginam hanc ſigilli noſtri impreſſione munimus. Teſtes ſunt Ego *Chunr.* ſancte Patau. Eccleſie Epiſcopus. Ego *Rupertus* presb S. Sixti. Ego *Chunilo* Archipresb. Ego *Robertus* Decanus ſancte Patau. Eccleſie. Ego *Syghardus* presb. indignus. Ego *Otto* Archidiaconus S. Patau. Ecc. & Cancellarius. Ego *Albertus* presb. & Sacriſta Patau. Eccl. Ego *Henricus* presb. plebanus S. Patav. Eccl. ad Sanctum Paulum. Ego *Henr.* Scholaſticus. Ego *Gozwinus* Diac. S. Patau. Eccl. Ego *Otto* Subdiac. Patau. Ego *Heinr.* Subdiac. *Heinr. Praefectus Ratisbonenſis. Alramus de Chambe. Weinhardus de Julbach. Erkenwertus de Moſpach. Engelbertus de Planchenburg. Amelbrecht de Erling. Meinhart & filius eius Heinricus de Spilberc. Ekkolf & Herlieb Poſtmunſter. Otto & eius frater Engelbrecht de Strubene. Dietrich de Wernarn. Reicher de Oſterna. Wipoto de Ort. Hartmut, & Germut de Auſtria. Fridericus de Eſchelbach. Marquardus de Wolfa, Fridericus de Recebach.* Acta ſunt Anno ab incarnatione Domini MCLV. Indictione I. an. VI. Pontificatus Dni. *Chunradi* Patau. Epiſcopi, regnante *FRIDERICO* Romanorum Imperatore, III. anno Regni eius. Datum *Patauie* per manus *Ruperti* Patau. Decani. VIII. Kal. Decembris.

N. VIII. De duplici festo S. Egidii, & Missa, & donatione possessionum a Wintzzariis. An. 1159.

Chaunradus Dei gratia *PATAUIENSIS* Ecclesie Episcopus. Uniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Sicut decet Rectores Ecclesiarum subditorum mentes uerbis & exemplis ad meliora accendere, ita nihilominus iustum est spontaneas fidelium deuotiones & religiosos conatus digna amplecti benignitate, digno attollere fauore, & illorum exemplo quoque fideles informare. Hinc itaque notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, quod Deo deuotus Vir *Hartliep de Wincere* Babenbergensis Ecclesie ministerialium non infimus, diuinitatis instinctu ad domus dei decorem augendum in ecclesia S. Margarete Osterhouen, altare in honore sanctorum Confessorum *EGIDII*, *Nicolai*, *Augustini* cum consensu & fauore dilecti fratris nostri *Engelschalci* eiusdem ecclesie tunc prepositi totiusque Osterhouensis Chori, reliquique conuentus fratrum construxit, & unacum predictis fratribus a nobis dedicari obtinuit, ac petrimonii sui porcione honeste dotauit. Hec autem sunt predia quae ad dotem consignauit, *Ecclesia Chriesdorf* cum adiacenti predio & molendinis, dimidium mansum *Frigendorff*, predium *Vihausen*, prediolum *Chading*, prediolum supra *Harde*, prediolum *Mulowe*. Hec itaque per manus *Salmanni* sui *Goteboldi de Osterhouen* nobis presentibus super confessionem predictorum confessorum ipsa die dedicationis pretaxati altaris delegauit, presente & petente quoque Uxore & filiis eiusdem H. ea condicione, ut ad idem altare cottidie pro parentibus suis missa defunctorum dicatur: cum tamen Sacerdotum facultas permiserit, dictis aliis missis, quas canonicus

nicus ordo, & eorum regularis consuetudo celebrari exigit, & ut memoria omnium parentum suorum annuatim proxima die post anniuersariam consecrationis diem sepe dicti altaris, id est, V. Kal. Marcii cum plenario defunctorum officio celebretur. Insuper ut festum S. Egidii celeberrime cum duplici Festo a clero & populo illius ecclesie celebretur, & in predictis memoriis toti congregacioni de memoratis prediis pro consuetudine celebriorum festorum ad mensas ministretur. Omni ergo conuentu fratrum coram nobis his pactionibus assensum prebentibus nos quoque, ut predicti uiri deuocio exigebat, uolentibus etiam fratribus omnibus omnes prescriptas condiciones ita, ut predictum est, in posterum inconuulse conseruandas, nostra auctoritate & banno communire studuimus, Testes autem horum omnivm fuerunt *Poto de Massingen. Hartliep de Wincere* & *filii eius, Eberhard & Hartliep. Gotebold de Osterhouen*, & *filii eius Dietrich & Gotebold. Rapoto de Poding. Rudiger de Ebring. Eppo & frater eius Marquard de Hergoltingen. Eberhard & frater eius Eckehard de Anewaltesdorf. Isengrim de Gurchingen. Aswin de Rapholtestorf. Rudiger osso. Dietrich. Chunrad de Osterhouen. Heinrich. Ulrich de Muliheim. Pero & filius eius Chunrad de Lincingen, Chunrad de Otmaringen. Hartmann. Wernhard, homines Hartlippi.* Ut igitur hec predicti largicio Uiri usibus predictorum fratrum in Osterhouen Deo famulantivm profutura, firma, & inconuulsa perpetuis temporibus permaneat, & ut condiciones eius imutate seruentur, auctoritate Dei omnipotentis & nostra, sub banno, presenti pagina firmamus & stabilimus, & ad indicium firmitatis cum testimonio & fauore Patauiensis chori, paginam hanc Sigilli nostri impressione munimus. Datum Pata-

vie III. Idus Nouembris. Anno ab incarnatione Domini M. C. LVIIII. XI. an. pontificatus Domini Chunradi Patavienſis epiſcopi. Regnante *FRIDERICO* Romanorum Imperatore VII. anno Regni eius.

N. IX. Conceſſio Vineæ pro obtinenda fraternitate, & celebrandis Anniuerſarus. An. 1168.

E*ngelſcalcus* dei gratia Oſterhovenſis cenobii miniſter indignus & totus ſibi commiſſe congregacionis conuentus cunctis ſibi in Christo ſuccedentibus in perpetuum. Notum eſſe uolumus tam futuris quam preſentibus qualiter Deo deuotus uir *Rovdigerus de Oſterhouen* procurator tunc dni. Babenbergenſis epiſcopi uineam emit pro XVIII. talentis, quam huic eccleſie contradidit eterne mercedis intuitu hac duntaxat conuencione ut ſibi ac *coniugi ſue Gerdrudi* ac *filio ſuo Oulrico* ſcl. & *fratri ſuo Op.* huius congregacionis fraternitas preſtaretur, ſibi quidem & coniugi plena, fratri vero interim communis, niſi ipſe poſtmodum maiori familiaritate plenam nihilominus promeruerit. Sed & hoc excepit ut medietas uini quod in eadem uinea annuatim collectum fuerit ſibi a fratribus noſtris a quibus & eadem uinea ſicut & alie noſtre uinee colenda eſt in cellaria noſtro *Chremeſe* fideliter conſeruetur donec ſibi aſſignetur, altera medietate fratribus ad ſuos uſus & ad uinee culturam cedente. Qui etiam de ſua porcione conuentui *pietancium* in commemoracione omnium fidelium defunctorum datis VI. urnis uini & L. Caſeis facere deliberauit, ea uidelicet intencione, ut in quocunque ipſe utpote ſeculo implicatus pro uiuis ſeu mortuis fratribus minus perſoluiſſet, hac elemoſina ſup-

ſuppleret. Qui ſi forte ſuperſtite uxore uita exceſſerit, exegit, ut de eodem uino illi dominicis diebus unius poculi caritas uel potius commonitorium inpenderetur, reliquum vero uini ad duo anniverſaria cum plenario ſeruicio ad menſas fratrum perſoluenda inpendi decrevit, que anniverſaria ſic deſtinauit ut in ſuo anniverſario predicti filii ſui cum ille nature debitum exſoluerit memoria, & in uxoris obitu fratris ſui commemoracio nichilominus colligatur, & ſiquod illis anniverſariis reſiduum fuerit in media quadrageſima & in commemoracione omnium fidelium ſuperaddi decreuit. Acta ſunt hec in generali capitulo noſtro congregatis tam converſis quam Canonicis omnibus, nobis & omnibus Sacerdotibus per manus reliquo conuentu libenti fauore & aſſenſu laudantibus & confirmantibus ut omnis hec conuencio firma & inconuulſa perpetuo tempore perſeveret, ipſo Rovdigero tremendi judicii ulcionem in eos inprecante qui quicquam horum que ab ipſo & a nobis in uerbo ueritatis deliberata & confirmata ſunt imutare uel minuere aut infringere temptaverit, omni conventu id ipſum inprecante Acta ſunt hec anno dnice incarnacionis M. C. LX. VIII. in Sci Thome.

N. X. Conceſſio Feudi in Girching. An. 1172.

Hermannus Dei gratia *Babenberg*. Epiſcopus, cunctis Chriſti fidelibus in perpetuum. Notum eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, quod beneficium *Eiſengrini* miniſterialis noſtri de *Guriching* in eadem villa poſitum ab ipſo nobis recognitum & reſignatum Eccleſie ſancte Margarithe & fratribus inibi Deo militantibus ad perpetuam poſſeſſionem tradide-

diderimus. Ut ergo iſta traditio noſtra uſibus predictorum fratrum in perpetuum ſub ſeruitura inconuulſa permaneat, hoc noſtre largitionis Chyrographum ad indicium firmitatis impreſſione Sigilli fecimus noſtri muniri. Teſtes ſunt de Choro noſtro *Gotpoldus* Archidiac. & Capellanus, *Wilhalmus* Capellanus. De fidelibus ac miniſterialibus noſtris, *Hertnit de Ratendorff. Albertus de Chamb. Heinr. de Widen, Engelhardus de Pibelnried. Albertus de Tundenuelten, Gundelhohus de Bedelndorf, Marquardus de Wilhalmeſtorff. Gozwinus & frater eius Rudolfus de Oſterhouen. Chunr. de Wintzer, Eppo de Hergolting, Rapoto & filius eius, Rapoto de Pöding, Otto de Steten, Otto Pincerna, Albertus & frater eius, Eberhardus de Jahenſtorff. Heinr. de Spilwerch*, & plures alii. Actum *Oſterhouen*, Anno Incarnationis Dominice MCLXXII. Indictione V. regnante Domino *FRIDERICO* Romanorum Imperatore invictiſſimo, anno regni eius XVIII. Imperii vero XVII.

N. XI. Jura Eccleſiae Babenbergen. pro aduocatia circa An. 1172.

De reditibus epiſcopi ſoluitur frumentum ſtatuto jure in feſto S. Michahelis accipiendum, publica taxatione quod uocatur *Fronechuſt*. Porci qui uocantur *Siteuris Kinge*, quos economi dant in feſto S. Martini, perſoluuntur, porci maiores *Specſhwein* in Epiphania. Ceruiſia in Purificatione S. Marie. Oues in feſto S. Georgii. Porcelli quos economi dant in feſto S. Petri in eſtate dandi ſunt. Si placuerit Epiſcopo pecuniam pro ſeruitio recipere quod in eius arbitrio eſt. Pro modio tritici dantur XII. denarii, pro modio ſiliginis VIII. den. pro modio

ave-

avene VI. Porci uillanorum unus XX. nummis, alter XV. Porcus maior de manſo LX. num. agnus V. num. ouis redimitur ſecundum qualitatem paſcue. Pro carrada ceruiſie III. ſolidi maiores ſoluuntur. Siquis ſtatuta lege & deſcripto tempore ſeruitium ſuum non perſoluerit, duplum id eſt *Zwiſpilde* vadiabit & bannum procuratori i. e. XII. n. & ſi maior curie uadimonium ad domum debitoris exegerit, illi etiam duos nummos dabit. quod ſi ſecunda uice ſeruitium non perſoluerit, & procuratori inobediens fuerit, ſimili modo commutabit. Si tertio culpabilis extiterit, de retento ſeruitio procurator queſita ſententia colonorum judiciaria lege beneficium publicabit. et ſine uſu fructu in poteſtate procuratoris ſtabit X. diebus. & ſi infra hos Colonus non compoſuerit, IIII. beneficium perdidit. Siquis Colonus Epiſcopi tria edicta procuratoris contempſerit, que compares ſui iudiciaria ſententia ſuper eum promulgauerint, tres bannos ad unum placitum plenarie vadiabit. quorum duo procuratori, tertius aduocato cedet. Si cuiuslibet anni ſterilitas terre fructus non produxerit, antiqua conſuetudine quod terra negauit, coloni reddere non cogentur, nec cenſus ab eis exigetur, & a capitibus ſuis. Quod ſi alteruter fructus aut hiemis aut ueris ſuperſederit, de medio fructu medium ſeruitium antiquo jure perſoluetur. Lex eſt famulorum Curie qui nec habent beneficium quod deſeruiant nec ſunt redempti de camera Epiſcopi. Quod ſiquis eſt artifex, debet dare de capite ſuo XXX. nummos, ſi non eſt artifex, XV. niſi ex gratia ei aliquid remittatur. Quicunque legitime redimendus eſt. in publico placito procuratoris redimetur ſecundum ius & ſententiam familiarium. Redemptio autem uiri erit dim. tal. ad cenſum XXX. den. Redemptio mulieris LX.

num. ad cenſum XII. den. Coloni Epiſcopi ad quamlibet Prepoſituram pertinentes ſeruitium eius ad proximam ducent, ſi eis denuntiatum fuerit, homines & poſſeſſiones fratrum Oſterhouienſium per omnia ſimilem legem & iuſtitiam tenebunt. Aduocatus Oſterhouenſis ex antiqua & inuiolabili conſtitutione & ſanctione irrefragabili lege firmata non debet habere niſi unum legitimum, & generale placitum in Aduocatia duobus continuis diebus. Prima cum hominibus Epiſcopi, altera cum hominibus clauſtri. Quod ſi aliquid emerſerit, quod procurator Epiſcopi & fratres ad illud generale placitum differre noluerint, vel nequiuerint, pro arbitrio eorum familiariter diſcutiet, quinque uero ſolummodo cauſe ad eius examen ſpectant, id eſt, *vehtat*, *notnunft*, *nahtprant*, *heimſouechunge* & *furta*. Horum reus uadiabit aduocato LX. num. pro pelle & capillis ſuis. Si pauper eſt & bannum perſoluere non poteſt, ſiquis amicorum eum redimere uoluerit, datis fidei juſſoribus ne amplius culpabilis fiat, aduocatus renuere non poterit, ſi hec ipſe non fecerit, & nemo pro eo de villa pelletur. In his cauſis aduocatus nihil ultra juris habet. *Si* homo Epiſcopi collegam ſuum occiderit, reddet hominem longum, ad menſuram VII. Gemundo ſecundum judicium conlegarum eiusdem conditionis. Inſuper dabit Epiſcopo V. tal. quorum tertia pars aduocato cedet. Si extraneus occiderit familiarem, predicto modo componetur, niſi quod tertia pars pecunie cedet Epiſcopo. Non habebit aduocatus exactorem uel *nahuoit*. Sed uillici & *Scerìones* Epiſcopi & fratrum exigent ei jus ſuum, & indicent placitum. In tota aduocatia non habebit exactionem vel unius modii. nec in placito ſuo quicquam petendo extorquebit, niſi cum omni beneuolentia aliquid acquirat. Ex antiqua conſtitutione non ſeruitur ei ad placitum ſuum. quoniam

niam pie memorie *OTTO* Epiſcopus mortuo *OULRICO* pataujenſi prefecto, qui hanc aduocatiam diu ſibi violenter uſurpauerat, & uaſtauerat. Mezelino, ſeniori, & omnibus ſibi perpetuo in hac adnocatia ſucceſſuris, hanc aduocatiam ſub predictis conditionibus firmiſſime & immutabiliter exceptis, & omnibus in antea temporibus inconuulſe conſeruandis conceſſit, & omni ſeruitio & exactione queſtus XII. manſos in *Geinchouen* ei in feudo ſuperaddidit. Inſuper pie memorie *EBERHARDUS* Epiſcopus preter iuſtitiam cauſa maioris beniuolentie conſtituit ei ſeruitium ad placitum ſuum, ſcilicet duos modios tritici, vel ducentos panes, duos porcos, quorum unus ualeat XX. num. alter XV. X. gallinas, XX. caſeos. C. oua. duas urnas vini, IV. umas ceruiſie. VI. modios pabuli. Hoc ſeruitium datur ei Oſterhouen, duobus diebus placiti ſui. Una die dat Procurator Epiſcopi, altera die procurator fratrum. Tantundem ſeruitur ei *Eringen* & *Aſpach*, ea tamen conditione, ut aduocatus remittat ſervitium, quod prius ei de *Eringen* perſoluebatur. Si fur extraneus in uilla captus fuerit, *Scerioni Comitis* tradetur extra uillam, ſicut cingulo tenus ueſtitus eſt. Si homo Epiſcopi fur eſſe publicatus fuerit, II. tal. his redimi poteſt, & exlex erit. Si tertio infamatus fuerit, extra uillam ſimiliter iudici tradetur. Si quis culpabilis fuerit in homicidio vel furto, vel quacunque re, non debet capi, nec ab aduocato, nec a procuratore, ſed *Scerio* cum collegis ſuis omnia, que habebit, publicabit, donec ille ſe purgauerit. Tectum Monaſterii debent procuratores de Oſterhouen reparare & Winzer Ex parte clauſtri ille de Oſterhouen, ex parte Curie ille de Winzer, & tegule ſemper ibi debent parate eſſe, quas procuratores prebebunt, quibus Sacriſta tectum reficiat. Tectum vero Sanctuarii & turrium & feneſtras fratres procurabunt. Cenſuales V. den. nec placitis

nec exactionibus nec qualibet uiolentia ab aduocato arctabuntur, nec feudi jure aduocatum eis preponet, nisi a prepositis uel procuratoribus pro externis nuptiis vel aliqua supradictarum culparum ei delati fuerint, pro quibus uadium supradictum exsoluent. Hec aduocatie iura prout a pie memorie vevenerabili Babenbergensis Ecclesie pontifice Domno *OTTONE* instituta & sancita erant, firmissimis pactionibus ab antiquioribus eiusdem Ecclesie Ministerialibus & melioribus ac ueteranis de familia, qui eisdem institutis intererant, coram Domno. *EBERHARDO* Episcopo recensita & testificata, & ab ipso nihilominus adprobata, renouata, & memorie commendata, Ego *HERMANNUS* Dei gratia in eadem sede successor indignus, hec eadem & cetera Ecclesie ac familie nostre iura, sicut supra digesta sunt, & ad nos conseruata, recolens, & confirmans huius instituti paginam ne quis temerare presumat uel infringere, ad indicium firmitatis Sigillo nostro muniri feci.

Originale cum Sigillo.

N. XII. Concambium pro decima Geroltingen, Grezenraut & Wartperch An. 1177.

T*heobaldus* celesti gratia *Patauien.* Episcopus. Cunctis Ecclesiæ suæ Christique fidelibus perpetuam in ipso salutem. Multorum ante nos religiosis patrum incitati exemplis fratribus quibuscunque sed precipue deuote Domino seruientibus fauore & justa petentibus assensum pariter & operam libenter debemus impendere. Proinde concambium quoddam infra subnotatum tam in nostra quam multorum fidelium presentia Pataule ante aram S. Protomartyris Stephani ex equo & utiliter habitum, scripto nos & testibus in perpetuum notificare & cor-

uie

roborare dignum & neceſſe duximus. Cuius tenorem a modernis pariter & futuris Chriſti fidelibus, iugiter in omni tempore in memoria retineri cupientes, cunctis innoteſcere volumus, quod religioſi fratres de domo S. Margarethe in *Oſterhouen* cum fratribus noſtris de choro utile ineuntes concambium per manum aduocati ſui *Adelberti de CHAMB* tradiderunt prefato Protomartyri arua quedam ſue proprietatis, *Chedingen* videlicet, & *Rüthe* in perpetuos Cathedralium uſus habenda, ipſique viciſſim in recompenſationem terriam decimarum partem receperunt, quam noſtri fratres prenominati choro videlicet preſidentes habebant viculis annotatis. Hoc eſt *Centingen*, *Geroltingen*, *Grezenrauth* & *Wartperche*. Amplius quoque iidem religioſi cenobitæ eodem in loco ſimul & tempore per manum eiusdem patroni ſui tradiderunt ad predictum altare predium, quod habebant *Mezingen*, quo ſtatim inbenefaciatus *Adelramus de CHAMBE* per manum noſtram reſignauit nobis duas partes decimarum in predictis pagis perſoluendas, quas nihilominus eisdem cenobitis iugiter obtinendas tradidimus. Et ad huius,modi actionis contractus, omnem reſpuent contradictionem * ſtabilis maneat, & ſemper indiſturbatus, chartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri affixione, ut eſt euidens, iuſſimus inſigniri, cum teſtibus ſubter appoſitis. Ex Nobilibus. *Engelbertus de Blanchenberch*, *Albertus & frater eius Alramus de Chamb.* Ex miniſterialibus vero *Heinricus de Spilberich*, *Rugerus de Holzhauſen*, *Pabo de Galchweis*, *Gumpolt de Pornheim*, *Waltherus dē Eninchkel*, *Rapotto de Pöding*, *Alkerus de Waldekk & filii eius*, *Alkerus & Heinricus*. *Chaldelaus de Valchkenſteinne*, *Eberhardus de Bu-*

Xx 3 *chen-*

* *Ita apud Hundium Forte autem legendum*: Et ut huiusmodi actionis contractus omnem reſpuat contradictionem, ſtabilisque maneat, &c.

chenberg, *Wernherus de Aichenbach*, *Perngerus de Wakendorf*. *Rapoto de Pfaffensteten*. Data sunt Patauii predicta. Anno ab incarnatione Domini MCLXXVII. Indictione vero IX. Ego *Fridericus* Decanus Pat. Laudo & subscribo. *Sighardus* laudo & subscribo. Ego *Albertus* L. & SS. Ego *Jacobus* L. & SS. Ego *Frid.* L. & SS. Ego *Pilgrinus* L. & SS. Ego *Gozwinus* L. & SS. Ego *Heinr.* L. & SS. Ego *Dietmarus* Laudo, & SS. Ego *Adalbero* L. & SS. Ego *Wilhelmus* L. & SS. Ego *Gerhardus* L. & SS. Ego *Reinboto* L. & SS. Ego *Wernhardus* L. & SS. Ego *Udalricus* L. & SS. Ego *Purchardus* Laudo, & subscribo. Dat. Patau. per manus Domini Henrici Scholastici VII. Kal. Jun. regnante Domino *FRIDERICO* Roman. Imperatore inuictissimo, anno regni eius XX. Imperii vero XVIII.

N. XIII. Concambium memorabile. Anno 1180.

✝ In nomine sancte Trinitatis & indiuidue Unitatis.

Ego *OTTO* dei gratia babenbergensis ecclesie episcopus notum facio omnibus tam futuris quam presentibus concambium illud quod inter nos & dilectum fratrem nostrum *ENGILSALCUM* Osterhouensis cenobii prepositum & eius fratres factum est. Ex prima & antiqua Osterheuensis cenobii fundatione & institutione fratribus ibidem deo seruientibus quedam pecunia de reditibus domni. babenbergensis episcopi ad officium eorum uestiarii annuatim persoluebatur. Hec autem pecunia de officiis sex locorum domni Episcopi collecta sic dabatur. De *Osterhouen* duo talenta & sexaginta nummi dabantur. De *Winteer* quatuor talenta & triginta nummi. De *Dingoluingen* dimidium talentum. De *Eringen* quinque sol·di. Octo & decem nummi. De *Matichouen* septem solidi & sex nummi. Pecunia autem hec in unam summam computata nouem talenta &

tres

tres ſolidi fiunt. Hoc ita uerum eſſe diligenti inquiſitione & computatione habita, procuratoribus ipſorum officiorum teſtificantibus inuenimus, quia uero pecunia deſcripta a fratribus eiusdem clauſtri ſparſim & laborioſe colligebatur, & interdum eis dari diu differebatur, rogatu ſupra dicti dilecti fratris noſtri *Engilſcalci* prepoſiti & eius fratrum, eandem pecuniam ab eis in concambium accepimus, & pro remedio anime noſtre tantundem, id eſt, nouem talenta & tres ſolidos de Salina noſtra apud *Halle* a prepoſito noſtro eiuſdem Saline quicunque fuerit, annuatim his temporibus, quibus nobis datur, & eo Jure, quo nobis datur, accipiendam tradidimus & delegauimus. Hi teſtes adhibiti ſunt.

PERHTOLDUS marchio de Andehſen, *& filius eius PERHTOLDUS marchio.* Miniſteriales eorundem. *Gotefridus & ortungus de Andehſen.* Capellani epiſcopi. *Dns. Hermannus de Wilhalmeſdorf.* dns. *Liupoldus de Uelden.* dns. *Adelbertus de Crana.* dns. *Fridericus Matichonen.* Miniſteriales Epiſcopi. *Gundelhohus dapifer. Otto pincerna*, *Adelbertus marſcalcus de Tundeuet. Marcwardus de Purgeline. Herbordus de Hage. Marcwardus pincerna. Wicgerus de Stein. Heinricus de Giche. Heinricus de Oberngeſalze. Eberhardus nobilis de Wolueſperc. Burchardus nobilis de Laudenpurc de Saxonia. Oudalricus nobilis de Otlobesdorf.* Miniſteriales epiſcopi. *Eppo de Wincer. Chunradus de Wincer. Chunradus de Gundelehouen. Goteboldus de Oſkouen. Rudiger & filius eius Ouldalricus. & frater eius Oudalricus. Rapoto de Podingen. Gozwinus de franegenburc. Wernardus de Pillenowe. Dns. Adelbertus & frater eius Alrammus. Wolchun. de Chambe. Marcwardus laiderfruent de Matichauen.*

Data

Data *Atesse* Anno dnice. incarnationis Millesimo centesimo octogesimo. Indictione XIII. regnante Friderico romanorum imperatore. (*)

N. XIV. De Hubis in Osterhouen. Anno 1188.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis.

Ego *OTTO* Dei gratia Babynbergensis Episcopus, sanctorum, qui ante nos fuerunt, Episcoporum exemplo inducti, immo apostolica admonitione informati seruorum Dei inopiam nostra supplere debemus habundantia, ut pro omnibus & pro his, qui in Sublimitatibus sunt, liberius exorare possint. Proinde mansum illum, quem *Ulricus* filius *Rudigeri* quondam procuratoris mei in *Osterhouen*. in beneficium habuit, qui eodem *Ulrico* mortuo michi uacabat, Domno *Walthero* preposito in *Osterhouen*, & fratribus eius ad seruiendum Deo in eodem loco sub eo collectis episcopatui & nobis semper deuotis, jure perpetuo tradidimus, hoc pacto, ut seruicium, quod ex illo manso debetur, annuatim soluant. Ut factum hoc firmum & ratum permaneat, ne ab aliquo conuelli debeat, huius scripti paginam sigilli nostri impressione, testibus quoque multis & idoneis muniuimus. Testes sunt de Choro Babenbergensi Domnus *Oulricus Archidiaconus de Hergoltesspach*. Domnus *Tiemo Prepositus* S. Stephani. *Otto de Liutenbach*. De Ministerialibus *Gun-*

(*) Exstat hoc ipsum Diploma etiam apud *Hundium*, sed ut pleraque, admodum mendose, ut cum nostro, quod ex originali transsumtum est, conferenti patebit.

Constat porro ex Calculis in hoc Concambio subductis, solidum constare 30. Nummis, & octo solidos constituere Talentum, hocque uni Librae aequiualere, habito saltem ad illud tempus respectu.

Gundelohus dapifer. Otto de Sleten. Gozwinus de Osterhouen. Eppo de Wincer. & Chunradus de Wincer. Rapoto de Pödingen. Eberhardus de Anowaltstorff. Albertus de Lakenstorf. Goteboldus. Gisehler. Eppo & frater eius Otto. Rudolf. Meingoz. Heinricus Uillicus. Eberhardus mimus. Gnœmil Sahso, Osterhouenses. *Perngerus* procurator Episcopi de Walherdorff. Data Anno Millesimo Centesimo octogesimo octavo.

Sigillum.

N. XV. Anniuersarium Pabonis Sacerdotis. An. 1188.

Memorie presentium & futurorum scripto tradere dignum duximus, qualiter deo deuotus *Pabo Alburgensis* ecclesie tunc temporis minister idoneus & Sacerdos nobis ex amico factus est amicissimus. Cvm enim ad nos descendisset, & mores nostros & institutionem nostram prudenter & subtiliter considerasset, respectu eterne beatitudinis exspectans partem in retributione omnivm iustorum consilivm fuit ei tractare nobiscvm de rebvs anime sue. Vt autem id consilivm suvm perduceret ad effectvm, elegit magis affligi detrimento temporalium rervm, quam privari iocunditate futurorum bonorum. Vnde est, quod uineam XII. talentis emptam nobis tradidit hoc pacto: ut dies obitus eivs cvm pleno officio Vigiliarvm & missa defunctorvm apud nos singulis annis agatur, & eadem die Conuentui ad mensas plenarie seruiatur. Porro ut anniuersarivs hic ratvs & inconuulsus omni perseueret tempore, tenaci pacto firmauit, laudante hoc & confirmante & presentis scripti Cyrografo posteris commendante Domno W. Pre-

posito cum totius Congregationis fauore & assensv in generali Capitulo. Acta sunt hec anno incarnationis Dominice M. C. LXXXVIII.

Originale cum Sigillo.

N. XVI. De Decima Vinearum in Austria. An. 1188.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis.

Ego *Theobaldus* sancte Patauien. Ecclesie Episcopus. Commisse nobis dispensationis auctoritas exigit & debitum Caritatis nichilominus expostulare videtur, quod Monasteria in Episcopatu nostro constructa prouida debeamus sollicitudine respicere, & personas, que in eis diuinis sunt mancipate obsequiis, paterne diligere, & earum indigentiis propensius subuenire. Hoc enim ad incrementum salutis nostre & Ecclesie a Deo nobis Commisse prouenire non dubitamus. Proinde presentium clarescat notitie & futurorum innotescat memorie, quomodo nos propria inducti benignitate, consilio quoque Chori nostri & Ministerialium Patauiensis Ecclesie salubrius inuitati, quasdam decimas que de vineis fratrum de *Osterhouen* nobis & Episcopatui annuatim persolui debuerant, Preposito prefati Monasterii, qui tunc pro tempore fuerat, & fratribus ibidem Deo militantibus eorum indigentiis subuenientes, quia virtus hospitalitatis apud eos plerumque vigere videtur, quasi in personale beneficium concessimus duntaxat quod decimationes illas in diebus pontificatus nostri quiete & sine difficultate qualibet possidere deberent. Volentes igitur *Waltherus prepositus* & fratres prenominati Monasterii incerta pro certis commutare,

&

& ea, que ipſis in beneficium conceſſa fuerant, in predium & perpetuam donationem redigere, paternitatem noſtram multis & aſſiduis precibus exſlagitare ſtuduerunt, quatinus aliquod predium quod predictarum penſionibus decimationum equipollenter & ex equo & ex integro annuatim reſpondere valeret, in concambium ipſarum recipere vellemus. Precibus quoque illorum benignius inclinati etiam Monaſterii prouida animaduerſione conſulentes deſideriis petentium ſatisfacere duximus eatenus, quod predium quoddam *Ibishouen* nuncupatum iuxta flumen *Wolfa* ſitum, quod in agris cultis & incultis, ſiluis quoque & in pratis in eſtimatione trium hubarum & dimid. cum adiacente ſibi molendino per manum *nobilis Viri Adelberti de Chamb aduocvti Monaſterii ipſorum* ſuper altare *S. Valentini* pretioſi confeſſoris Domini delegatum ſuſcepimus predium Epiſcopatus noſtri dominicalibus & prediis publice & ſolempniter attitulantes, hac interpoſita condicione, quod in arbitrio colonorum ſupra nominati predii poneretur, ſi nobiscum vellent, vel cum eo ad quem ex noſtra conceſſione prefatum deuolueretur predium, ſine coactione & angaria qualibet permanere debeant. Si vero ipſis nobis cohabitare non placuerit *lege colonica* abire permittantur. Sane decimas omnium vinearum quas tunc temporis apud *Chremſam* habuerunt, vel in poſterum emptione, vel etiam fidelium donatione, Domino auxiliante adipiſci potuerint, eis in perpetuam proprietatem pontificali tradimus poteſtate, hoc adjecto, quod exinde anniuerſarius obitus noſtri apud eos orationibus & elemoſinis, ſicut fieri aſſolet, obſeruetur. Ut ergo hec donacionis noſtre mememorie cunctis futuris temporibus inconuulſa & illibata permaneat, nos hanc inde chartam conſcribi, & ſigilli noſtri im-

pressione muniri iussimus, adiicientes, ut nullus successorum nostrorum hanc nostre auctoritatis paginam infringere, & prefatis fratribus factam donationem auferre, minuere, vel abalienare presumat. Huius rei testes sunt, *Adalbertus aduocatus de CHAMB & frater eius Alramus.* Ego *THEOBALDUS* Pat. Episcopus SS. Ego *Fridericus* SS. Ego *Vdalricus Ardeacensis Prepositus* & Diacon. SS. Ego *Meingotus* Patau. Archidiac. SS. Ego *Rudigerus* Diacon. & Scholasticus. SS. Ego *Heinricus* presb. SS. Ego *Megenhalmus* presb. Thesaurarius SS. Ego *Henricus Prepositus S. Nicolaui.* SS. Ego *Purchardus de Chamb* Subdiac. & Capellanus Curie SS. Ego *Wernherus de Ascha* presb. SS. Ego *Chunradus de Purchausen* presb. SS. Ego *Rudigerus de Aheim* Subdiaconus SS. Ego *Tyemo Subdiac.* SS. Ego *Ritherus Scholasticus Frisacensis* & Subdiac. SS. Datum in Palacio Patauiensi per manum *Tagenonis notarii & presbyteri Ecclesiae S. Andreae in Austria, juxta montes Comagenos.* Anno incarnationis Dominicae MCLXXXVIII. Indictione X. sub Domino *Vrbano* Papa III. regnante Domino *FRIDERICO* Imperatore gloriosissimo, Anno regni eius XXXVII. Pontificatus vero Domini *Theobaldi* XVI.

N. XVII. Privilegium Immunitatis pataviensis An. 1195.

† In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia Patavjensis Episcopus. Omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Episcopalis Officii dignitas exigit loca uenerabilia, atque religiosas sancte conversationis hominum personas pio amore complecti, eorumque justis postulationibus aurem benignam apponere. Qua propter Karissimi in Christo fratris no-

noſtri dni *Gerungi* Venerabilis prepoſiti in *Oſterhoven*, ſanctęque illius Loci Congregationis precibus, & benignis, que nobis ſedulo exhibent, ſeruiciis inclinati, ſimul etiam iuge Sacrificium cottidiane laudis, quod ibi deo ſollempniter offertur, conſiderantes, ad eivsdem diuini ſeruicii incrementum & Sacri Conuentus augendum ſubſidium iuſticiam fori noſtri in *Pataua*, quod *MARCHTREHT* dicunt, iuſticiam quoque noſtram de Theloneo, quod *Mutta* uocatur, in nauibus ipſorum uictualia portantibus, eis in perpetuum cum coniuentia fratrum noſtrorum de Choro & miniſterialium, in perpetuum remiſimus, quatinvs ſicut ibi iugiter ſalutaris hoſtia immolatur, ita & noſtri iugis memoria habeatur. Et ut hec noſtra remiſſio ſemper eidem loco inconuulſa permaneat, atque inuiolabiliter obſeruetur, hanc cartam noſtro Sigillo roboratam eis conſcribi & ſignari, precepimvs. Teſtes etiam ſubter annotari mandauimvs. Ego *Henricvs decanus* laudo & ſubſcribo. Ego *Meingotus* Archidiac. & Prepoſitus SS. Ego *Heinricvs* Sacerdos SS. Ego *Arnoldus* Subdiac. SS. Ego *Ditmarus* ſubſcribo. Ego *Ortolfus* prepoſitus SS. Ego *Richervs* SS. Ego *Heinricus* SS. Ego *Wernherus* ſubſcribo. Ego *Meinhardus* SS. Ego *Arnoldus* SS. Ego *Tymo* SS. Ego *Heinricus* SS. Ego *Walhkun* SS. T. *Rihkerus de Weſen. Eckolfus de Warte. Chunradus dapifer. Siboto de Ainharteſtorf. Albertus puer. Tiemo de puchenberc. Willehalmus de Stein. Meinhalmus. Walchun de Scaltarn. Pernoldus niger. Pernoldus rufus. Heinricus Comes de ORTENBERGE. Altmannus de Helingersberge.* Acta ſunt hec anno dnice Incarn. M. C. XC. V. Indictione XIII. XI. Kal. Septembris. Anno Pontificatus dni.

CELESTINI pp. V. Anno Imperii dni *HEINRICI* Impris inuictissimi V. Anno etiam Pontificatus nostri V. feliciter, Amen. (*)

Originale cum Sigillo.

N. XVIII. Recognitio Georgii Episcopi Patav. An. 1401.

Nos *Georgius* dei & apostolice sedis gratia Episcopus Patauiensis. Notum facimus Vniuersis presentes Litteras inspecturis. Nos Litteras felicis memorie Reuerendi patris domni *Wolfkeri* quondam Patauien. Ecclesie Pontificis predecessoris nostri, eius uero Sigillo appendente ut prima apparebant facie sigillatas, sanas & integras vicio & suspitione carentes nobis pro parte venerabilis & religiosorum in Christo dilectorum Abbatis & Conuentus Monasterii in Osterhouen nostre diocesis presentatas recepisse in hec uerba. (*Sequitur præmissum Privilegium Wolfkeri insertum.*) Post quarum quidem Litterarum exhibitionem, humili ac deuota instancia nobis extitit supplicatum, quatenus litteras easdem dei & ordinis intuitu ratificare, approbare confirmare gratiosius dignaremur. Nos itaque attendentes ipsorum Abbatis & Conuentus supradicti Monasterii in Osterhouen iustam & deuotam peticionem, & quod *summa sit ratio que pro religione facit*, litteras memoratas, ac

(*) Idem Privilegium nonnulli in Episcopatu pataviensi Successores non modo recognoscere, sed sua quoque Authoritate firmare voluerunt, quorum Diplomata huc pertinentia mox subjungere visum est.

ac omnia & singula in eisdem contenta, ratificamus & approbamus, nec non presentis Scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei euidens testimonium & certitudinem pleniorem presentes litteras fieri, ac Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Datum Patauie vicesima secunda die Mensis Aprilis. Anno domini millesimo quadringentesimo primo.

Originale, abrupto Sigillo.

N. XIX. Recognitio, & Confirmatio LEOPOLDI, ex Archiducibus Austriæ Episcopi Pataviensis, insertam habens alteram *Wigulei* de Anno 1503.
An. 1629.

LEOPOLDUS Guilielmus, Dei gratia *Archidux Austriæ, Episcopus Argentinensis, & Pataviensis, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolis, & Wirtenbergæ, Landtgravius Alsatiæ, Comes Tirolis &c.* Venerabili, ac Religiosis Viris nobis in Christo syncere dilectis, *Georgio* Abbati, & Conventui Monasterii in *Osterhoven*, Ordinis Præmonstratensium, nostræ Diœcesis Salutem, & Benevolentiam nostram. Notum facimus omnibus, & singulis, quod supradicti Abbas, & Conventus nobis supplices indicarint, se gratia honoratorum Prædecessorum nostrorum quibusdam Juribus, ac privilegiis gaudere, uti pateret ex Litteris Reverendissimi Domini *Wigulei*, iam dudum defuncti Episcopi, quarum sequens est Tenor:

An-

Anno 1503.

„ Nos *Wiguleus* Dei gratia Episcopus Pataviensis notum „ facimus universis præsentes Litteras inspecturis, Nos „ Litteras felicis memoriæ *Wolferi* quondam Pataviensis Ec- „ clesiæ Pontificis, Prædecessoris, eius vero Sigillo appenden- „ te, ut prima apparebant facie, sigillatas sanas, & integras „ omni prorsus vitio, & suspicione carentes nobis parte Ve- „ nerabilis, & Religiosorum in Christo dilectorum Abbatis, & „ Conventus Monasterii in Osterhoven, Ordinis Præmonstra- „ tensium nostræ Diœcesis præsentibus recepisse in hæc verba: „ In Nomine sanctæ, & Individuæ Trinitatis. *Wolferus Dei* „ *gratia Pataviensis Episcopus, omnibus Christi fidelibus in per-* „ *petuum. ut supra.* Post quarum litterarum exhibitionem humili, „ & devota instantia nobis fuit supplicatum, quatenus Litteras „ easdem Dei, & Ordinis intuitu ratificare, approbare, & confir- „ mare gratiosius dignaremur. Nos itaque attendentes ipso- „ rum Abbatis, & Conventus Monasterii in Osterhoven iustam „ & devotam petitionem, & quod summa sit ratio, quæ pro „ Religione facit, Litteras memoratas, ac omnia, & singula „ in eis Contenta ratificamus, & approbamus, nec non præ- „ sentis scripti patrocinio confirmamus; in cuius rei evidens „ testimonium, & certitudinem pleniorem præsentes litteras „ sigilli nostri appensione communiri facimus. Data Pataviæ „ die duodecima mensis Februarii anno Millesimo quingente- „ simo tertio. „ Cupientes igitur omnes, & singulos in suis Juribus, ac privilegiis conservare, & tueri, cum primis au-

tem

tem illos, quos singularis devotio, ac religionis cultus, vitæque modestia præ ceteris nobis commendat, supplici huic petitioni annuere, & prædicta Jura, & libertates per Prædecessores nostros gratiose datas, & concessas, in omnibus suis punctis, clausulis, & articulis certa nostra scientia vigore, & robore præsentium innovare, approbare, & confirmare voluimus, atque hisce innovamus, approbamus, ac confirmamus. In cuius evidens testimonium sigillum nostrum appendi fecimus. Datæ in Civitate nostra Pataviensi septima mensis Julii anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono.

Originale cum Sigillo.

Tab. Osterhoven. N. 9.

N. XX. Immunitas Mutæ & Thelonei per terram Austriæ. An. 1196.

✝ In nomine sancte & indiuidue Trinitatis Patris & filii & Spiritus sancti Amen.

FRIDERICUS Dux Austrie omnibus in perpetuum. ✝

Omnibus Christianis expedit precipue his, quos Deus Principes populorum esse uoluit & judices fideles, qui per eum regnant & saluari desiderant, bone conuersationis homines & loca pia ac venerabilia summo affectu & deuoto patrocinio beneficii amplecti & aures benignitatis nostre iustis postulationibus illorum accommodare: ea propter accidit, quod Dominus *Gerungus* venerabilis & dilectus noster Prepositus in

Ofterhouen cum fratribus inibi Deo famulantibus accedentes prefentiam noftram iugiter nos rogarunt quatenus refpectu Dei Pro falute noftra & redemptione Patris mei, qui eis nocuerat in expeditionibus fuis & omnium parentum noftrorum ad augmentum quotidiani feruitii Dei iuftitiam noftram, que *muta* dicitur, in nauibus victualia eorum portantibus remitteremus fperantes, Communionem orationum eorum habeamus, hanc autem gratiam & iuftitiam Confilio & Conniuentia fidelium minifterialium noftrorum prefato loco contulimus, & impreffione Sigilli noftri muniri, & confirmari precepimus, ut ratum & inconuulfum perpetualiter maneat, teftimonio omnium infra defcriptorum corroboramus.

Wolfkerus EpifcopusPatavien. cuius petitione & fuffragio hoc beneficium confecuti fumus. *Wernherus deGriezpach. Chrafto de Ancinefpach. Albertus de Chambe. Rapoto de Steine. Hadmarus de Chunringen. Wichardus Bapifer de Seuelde, Wichardus deHebingen. Ifenricus de Annedorff. Hugo de Pazawe. Ortolfus de Azenburche. Otto & frater eius Adeloldus. Hartungus de Chiowe. Otto de Puchperch. Chalhohus de Miejowe. Otto de Porfenprunne. Fridericus Pipnaph. Otto de Radinprunne. Chalhohus & frater eius Pilgrimus, & filius eiusdem. Albero de Mulbach. Ulricus de Glokenz. Gerhardns de Stein. Henricus de Chieowe. Hugo & filius eius. Henricus de Molandeftorff. Tiemo gewelden, Dietmarus de Lihtenftein. Poppo de Pernekke. Henr. Letesbart de Chremis. Sifridus judex. Eberger. Hunoldus. Sifridus in foro. Engelfridus Heinr. Cognomine Dux. Ortwinus prolocutor. Leopoldus Wechsler. Hermanus Vauh. Eberger. Meinhardus & Pater eius Pitterolfus. Aigilo. Sigemarus de Stein. Ulricus*

Stru-

Strudel. Uto. Ekehardus. Gerungus. Rapoto. Ungesmach. Albero Munt. Askwin. Marquardus Vinitor. Heinr. Zugilinch. Heinr. Muter. Albhohus. Rudolfus. Stiuch. Fridericus. Acta sunt hec VIII. Kal. Aprilis in Castro *Chieowe.* anno ab incarnatione Domini MCXCVI. Indictione XIIII. regnante inuictissimo Romanorum Augusto *HEINRICO.* anno autem Imperii eius VI. feliciter Amen. ✝

Originale cum Sigillo.

Tab. Osterhov. N. 1.

Num. XXI. Donatio libertatis sine Muta & Theloneo. An. 1196.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis.

F*RIDERICUS* Dei gratia *Dux Austrie* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quia ualde nobis pertimescendum est, ne nos qui plus ceteris aliquid in hoc mundo accepisse videmur ab auctore mundi grauius judicemur. Idcirco sanctos & religiosos viros in locis venerabilibus degentes eos ibi Domino seruientes summa ueneratione colendos & de facultatibus nostris eos adjuuandos dignum ducimus quatinus in retributione iustorum per eorum orationes fieri mereamur premio beati qui sumus pietate deuoti, ut recipiamus pro paruis magna, pro terrenis celestia, pro temporalibus sempiterna. Magna igitur instantia Domini *Gerungi* venerabilis Prepositi in *Osterhouen*, simul & fratrum eius precibus deuicti diuine mercedis intuitu & pro remedio Patris nostri qui eis in expeditio-

tionibus suis grauiter nocuerat, & omnium parentum nostrorum iustitiam nostram, que vulgo *Muta* vocatur, in nanibus victualia eorum portantibus plenarie ipsis & in perpetuum remisimus, & ne quis successorum aut officialium nostrorum hanc nostre benignitatis & remedii donationem infringere audeat, vel contra eam temere venire presumat, presentem paginam conscribi fecimus, & Sigilli nostri munimine roborauimus; testes etiam annotari precepimus. *Wolfkerus* Episcopus Pat. cuius suffragio impetratum est. *Wernherus de Griezbach. Chrafto de Antzinspach. Albertus de Chambe. Rapoto de Stein. Hadmarus de Chunring. Weichardus dapifer de Seueld. Wichardus de Hebingen. Eisenricus de Annedorf. Hugo de Pazowe. Ortolfus Azenpurke. Otto & fratres eius Adeloldus, Hartungus de Chiowe, Otto de Puchperch. Chalhohus de Maichsowe. Otto de Porsenprunne. Fridericus Pibnapf. Otto de Radenprunne. Pilgrimus de Mulbach, & filius eius. Albero & frater eius. Chalhohus: Ulr. de Glotzen. Gebhardus de Stein. Henricus de Chiowe. Rudolfus Stuck. Hugo & filius Henricus de Molanstorf. Tiemo Gewaeltel. Dietmarus de Liechtenstein. Poppo de Perneckk. Henricus de Letespart. Dietricus & Pernoldus Mutarii & Monetarii eo tempore de Chrembs. Sifridus judex. Eberger. Hunolt. Sifridus in foro. Engelfridus. Heinr. Dux Ortwinus Vorsprech. Leopoldus Wechsler. Hermanue Vauh. Meinhardus & pater eius Pitrolfus. Aiglo. Sigmarus de Stein. Ungesmach. Albero Munt. Askwinus. Marquardus Vinitor. Heinr. Zugelinch. Heinr. Muter. Alhohus. Fridericus.* Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCXCVI. Indictione XIV. in castro Chiowe. VIII. Kal. Aprilis, regnante Domino Heinrico in-

inuictiſſimo Romanorum Imperatore & ſemper Auguſto, anno Imperii eius VI. In nomine Domini feliciter Amen.

Hoc, & duo alia Diplomata ſecundum ordinem Chronologicum heic inſerta coram Notario & teſtibus fuere recognita, ad hunc, qui ſequitur Modum:

N. XXII.

Nos *Seifridus* Prepoſitus Eccleſie Patauienſis uniuerſis & ſingulis preſentes Litteras inſpecturis quorum intereſt vel intererit pateat euidenter. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto Indictione ſecunda die vero Menſis Auguſti viceſima tertia Regnante glorioſiſſimo ac Inuictiſſimo Dno. Dno. *FRIDERICO* Romanorum Imperatore ſemper Auguſto nec non Duce Auſtrie Stirie Karinthie & Carniole S. Regni eius anno quarto. Conſtitutus perſonaliter coram nobis Venerabilis in Chriſto pater & Dns. Dns. *Johannes* diuina permiſſione Abbas Monaſterii in *Oſterhouen* Ord. Premonſtraten. Patauien. Dioces. habens & tenens in ſuis manibus tres literas priuilegiales, ab inclitiſſimis Dominis Ducibus Auſtrie emanatas eorumque Sigillis ſanis ſericeis appendentibus ſigillatas non cancellatas non raſas, non viciatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes in noſtri ac Notarii publici ad hoc vocati Teſtiumque infra ſcriptorum preſencia exhibuit ſupplicans obnixe easdem literas ad habundancioris cautelam per nos exemplari, copiari, tranſumi, & in publicam formam redigi, noſtriſque patentibus literis inſeri, ita quod huius modi tranſſumpto vbi-

libet locorum ſtetur, credatur, & adhibeatur plena fides in Judicio & extra tamquam ipſis literis originalibus, attentendentes, quod propter viarum diſcrimina ac alias incommoditates que dictus Pater ſibi exinde euenire timuit, periculoſum ſit huiusmodi Literas originales exhibere & per locorum diſtantias varias deportare. Tenor vero ipſarum literarum vt ſupra ſit mencio nil addito vel diminuto quod facti ſubſtantiam mutet aut variet intellectum per omnia ſequitur & eſt talis: *IN NOMINE* &c. *FRIDERICUS* &c. ut ſupra - N. XXI.

FRIDERICUS DEI GRATIA DUX AUSTRIE... an. Dni M.CC.XLI. VII. Idus Marcy quarte decime Indictionis. *Habetur infra N. XLIV.*

OTOCHARUS DEI GRA. DUX &c.., Anno Dni MCC-LII. V. Idus Decembris. *reperitur infra N.LII.*

Nos vero *Seifridus* Prepoſitus antedictus precibus pretacti Venerabilis Patris annuentes literis preſcriptis primo diligenter examinatis, ac de Verbo ad Verbum coram nobis per Notarium & teſtibus infra ſcriptis & articulis plene & per omnia cum preſenti tranſſumpto vidimus concordare. Idcirco preſens tranſſumptum per infra ſcriptum Notarium exemplatum, & in hanc publicam formam redactum, ipſumque ſic tranſſumi exemplari & in publicam formam redigi decreuimus & decernimus per preſentes, Sigillique noſtri appenſione, vicaria ſubſcriptione Notarii & eiusdem Signeti impreſſione fecimus communiri. Acta ſunt hec in Monaſterio *Oſterhouen* in aula abbaciali Indictione, Die, Menſe & aliis quibus ſupra. Preſentibus ibidem Nobilibus ac circumſpectis Viris *Leonardo Mulherr Caſtellano in Gramplſtain* & *Andrea Liecte-*

neg-

negker in Gerhalbing Armigeris. Michaele Krench. Stephano Pogner, & Stephano Ziegler Laic. Teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis.

Sign. Notarii.

Ego Petrus Stamphſrewter Clericus publicus ſacra imperiali auctoritate Notarius. Quia predictarum trium Literarum prout preſenti tranſſumpto ſunt inſerte productioni earundem exemplationi, peticioni omnibusque aliis dum ſicut premittitur per venerabilem Dnum Abbatem in Oſterhouen ante dictum coram Rvdo Patre Dno Seifrido Prepoſito ſupradicto fierent & agerentur unacum prenominatis Teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi. Idcirco hoc preſens publicum tranſſumptum reſpectu dictarum literarum Originalium per me Notarium & teſtes predictos debite Collationatum, exinde confeci, ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, Signoque & nomine meo ſolitis & conſuetis unacum dicti Rvdi Patris & Dni Prepoſiti Eccleſie Pataulenſis Sigilli appenſione conſignaui in fidem & teſtimonium omnium ſingulorum premiſſorum ad hoc ſpecialiter uocatus & requiſitus.

N. XXIII. Conceſſio ſyluæ Haſenpach uſque Reintal infra Schaidweg. An. 1198.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. *Tiemo* Dei gratia *Babenbergenſis* Eccleſiae humilis Eps. Remunerationis diuine nos admonet intuitus & hortatur, quemadmodum & compaſſio nature inducit, ut eos qui nullo ſeu mediocri aut minus

mus sufficienti fulciuntur adminiculo, dum tamen facultas suppetat, in suis commoditatibus studeamus promouere, presertim cum ad promerendam promissam nobis proprie gloriam si per nos promoti fuerint, hoc nobis non dubitemus ad profectum mercedis eterne profuturum. Notum ergo esse desideramus tam presentis etatis quam successure posteritatis uniuersis Christi fidelibus, quod nos considerata in Monasterio nostro *Osterhouen* penuria lignorum, portionem quandam sylue nostre memorato cenobio adjacentem, & nobis minus utilem Beate Margarithe Virg. & M. in perpetuitatem & usum perpetuum Fratrum ac Sororum in diuinis obsequiis diu noctuque inibi desudantium, instinctu diuino iuste & legitime contulimus, hoc tamen inducentes, ut in posterum omnium predecessorum & successorum nostrorum nostreque paruitatis memoria ibi haberetur. Limites tamen huius donationis sic distrinximus a Valle *Hasenyach*, sicut diuidit via que dicitur *Schaidenweg* usque ad locum qui *Reintal* dicitur. Hoc itaque factum nostrum si quis infringere seu violare attentauerit, anathema sit, & cum maledictis igne torqueatur eterno. Sed ut firmum & inuiolabile permaneat, Sigilli nostri munimine constitutimus roborari. Huius rei testes sunt *Chunradus* venerab. Abbas de *Windberg*, *Goteboldus*, *Chunr.* Capellani, *Poppo Eschw. Goteboldus de Osterhouen*, *Altmannus de Helgersperg*, *Rapoto & Dietricus de Pöding*, *Eberhardus & Chalhohus de Wintzer*, *Rudider de Ebering*, *Ewinus de Zeidlarn*, *Ezelo de Aming*. Datum Anno Dominicae incarnationis MCXCVIII. Acta sunt haec petitione & interuentu Domini *Gerungi* venerabilis Prepositi Osterhouensis Cenobii.

N.

N. XXIV. Emunitas Mutæ & Thelonei in Austria An. 1198.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. *LEUPOLDUS* Dei gratia *Dux Austrie & Styrie*, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Pater noster beate memorie Dux *LEUPOLDUS* damnum quod in itinere, cum *Ortenburch* obsideret, Ecclesie in *Osterhouen* ac fratribus intulit, ipsis in aliquo recompensare cupiens in extremis pia suis admonitione instructus filio suo beate memorie *fratri nostro Duci FRIDERICO* commisit, ut id ipsum quod morte preoccupatus facere non potuit, frater noster loco sui prosequeretur. Frater igitur noster pro remedio patris nostri praefate Ecclesie ac fratribus donauit, ut bona ipsorum ubique apud thelonea siue mutas suas absque vectigali & eo quod dicitur, *Fürfart*, & penitus absque omni juris persolutione libere tam per terram quam per aquam ducerentur, eis super hoc priuilegii sui cautelam impendens. Nos itaque parentum ac predecessorum nostrorum in bene actis vestigia sequi cupientes pro salute anime patris & fratris nostri, nec non & nostrae, praedictis fratribus hoc ipsum donamus, videlicet Mutam & *Fürfart*, & presenti pagina sigillique nostri impressione, subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, id ipsum eius confirmamus.

Capellani *Chunr.* & *Wolffgangus Chrafto de Amtzinpach*, *Wernhardus de Schawberch Walchuno de Griezpach*, *Weichardus Dapifer de Seueld*, *Heidenr. de Gors*, *Otto de Haselawe*, *Pilgrinus de Swarzenawe & frater suus Ortolfus*, *Otto de Stayze*, *Dietmarus de Charnbrunne*, *Hartnidus de Orte*, *Erchengerus de Zandeset*, *Ulr. de Stubenberch*, *Otto de Chrems*,

Officiales Herbordus & Dietmarus. Datum per manus *Ulrici* apud *Plaedling* fuper *Yfermos*, Anno Incarnationis Dominicae MCXCVIII. XVI. Kal. Septembr.

N. XXV. Confirmata Donatio Hubæzeidlarn. An. 1203.

In nomine fancte & indiuidue Trinitatis Amen.

E*kbertus* Dei gratia *Babenbergenfis* Ecclefie electus, omnibus Chrifti fidelibus falutem in perpetuum. Decet omnes quos ad fpiritualis regiminis apicem diuina gratia voluit fublimare, bonis juftisque petitionibus aurem fue Clementie non auertere, votisque piis ac fuperna infpiratione conceptis defideriis libenter annuere. Unde petitionem dilecti noftri Prepofiti *Gerungi*, & fratrum in *Ofterhouen* iuftam attendentes, bone voluntatis amplitudine exaudiuimus, & quod a predeceffore noftro felicis memorie *Chunrado Babenbergenfis* Ecclefie electo acceptum poffederunt, nos quoque eisdem fratribus meritis Sanctorum duplicia recepturi contradidimus, magnum non judicantes, fi carnalia noftra eis feminemus, ut eorum metamus fpiritualia, ut ex equalitate in prefenti tempore noftra abundantia illorum inopiam fuppleat, ut & illorum abuntantia noftre inopie fit fupplementum. Igitur *Hubam* unam in *Zeidlarn* fitam, quam *Rugerus de Ebring* quondam in beneficio habuit, predecefforique noftro hoc pacto, ut eisdem fratribus traderetur, refignauit. Nos quoque fratribus fupradictis omnis iuftitiae plenitudinem confirmauimus. Ut autem hec largitatis noftre donatio ufibus predictorum fratrum in *Ofterhouen* firma in reliquum permaneat, fcriptura pagine huius firmamus, & ad

ju-

judicium ſtabilitatis Sigilli noſtri impreſſione muniuimus, cum teſtimonio, conſenſu, & fauore eorum, qui preſentes aderant. De Dominis Cathedralibus, de Capellanis, & miniſterialibus noſtris, quorum hec nomina ſunt. De majori Eccleſia Dominus *Gundelhohus* Decanus, *Syboto* Archipresb. *Gotfridus* & *Hertnidus* Canonici de titulo S. Jacobi *Purchardus* ſacerdos & canonicus. De miniſterialibus noſtris *Otto de Sleten. Marquardus Slich. Chalhohus de Wintzer, Dietricus de Pöding.* Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominicè MCCIII. coram altari S. Joannis Baptiſte, primo anno electionis Domini *Ekperti* in Epiſcopatum, V. Kal. Octob.

N. XXVI. Litteræ Apoſtolicæ de introductione Ordinis in Eccleſiam Slagen. An. 1222.

HONORIUS III. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Lectori & fratribus ſancte Marie in *Slagen.* Premonſtraten. ordinis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Sane ſicut ex parte veſtra fuit expoſitum coram nobis, cum venerabilis frater noſter. Patau. Epiſcopus Eccleſiam S. Marie de *Slag* de voluntate patroni eiusdem Eccleſie Capituli ſui accedente, conſenſu vobis pie ac prouide duxerit conferendam, in ea ſecundum Premonſtratenſis Ordinis inſtituta Domino ſeruituris, nos veſtris precibus inclinati quod per eundem Epiſcopum ſuper hoc prouide actum eſt, auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Datum Laterani, IV. Non. Aprilis Pontificatus noſtri Anno, V.

N. XXVII. Fundatio Anniverſarii pro Arnoldo eiusque Matre celebrandi.

Vniverſis tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum intuentibus, Prepoſitus *Oſterhouenſis* totusque eiusdem loci Conuentus Orationes in domino.

In libro ſcriptum monſtratur Machabeorum,
Quod pro defunctis ſit res exorare ſalubris.
Quod bene Reinoldus vir prudens premeditatus
Obtinuit precibus quod in hoc conſenſimus eius,
Ipſius ut matris obitus per nos recolatur
Officio pleno diuino quolibet anno.
Sed per Conuentum deuotius ut peragatur,
Quatuor ipſe Libras nobis offerre probatas
Dari curauit firmum pro lege notari,
Dimidia noſtris de rebus vt omnibus annis
Accepta libra confratrum cedat in vſum.
Ergo quod intacta maneant que ſunt recitata,
Preſentem cartam precepimus inde notatam
Eccleſie noſtre bulla, noſtra que ſerata.

Teſtes autem huius rei ſumus nos Prepoſitus. C. Prior. S. Subprior. H. Senior. H. Cellarius. Gozbert. Rehus. Dietpoldus. Wal. Wil. Ebus. Vl. Sacerdotes. Vl. H. Diaconi. Frid. H. Subdiac, & alii quamplures familiares noſtri.

N. XXVIII. De Seruitio in Caena Domini. An. 1224.

Ad memoriam poſterum poſterorum transmittimus, qualiter homo nobilis *Dietricus de Attenberg* contulit huic Eccleſie

XX. Lib. argenti ſpe mercedis eterne, hac videlicet ratione & conditione, ut annuatim in Cena Domini pro remedio anime ſue plenarie toti congregationi ſeruiatur. Sumptus autem ſeruitii huius de curte noſtra *Lintzing* & III. Sol. de curte *Oberndorf* colligatur. Facta ſunt hec preſidenre huic loco Prepoſito Domino *Gerungo*, anno adminiſtrationis eius quarto, anno autem ab Incarnatione Domini MCCXXIV. (*) factum eſt cum omni diligentia, promouit frater Heinr. *Suwerpir.*

N. XXIX. Incorporatio plenaria Parochiæ Oſterhouenſis & filiarum. An. 1228.

E*kcbertus* Dei gratia *Babinbergenſis* epiſcopus. Vniuerſis fidelibus ſalutem. Quanto deuotio religioſorum uirorum ſtudioſius mandatis diuinis inheret, & Creatori ſuo placere per opera ſancte conuerſationis intendit, tanto humani generis inimicus ad turbationem eorum ſue fraudis malignitate laborat, & uariis modis eis preſtat materiam litigandi, ut ſic ipſos retrahat a propoſito quod iam inceperunt. Hinc eſt, quod nos uolumus Ecclesie in *Oſterhouen*, que ad nos ratione juris patronatus ſpectare dignoſcitur, in poſterum prouidere, ne falſitas ueritati poſſit preiudicare, aut iniquitas preualere equitati. Uniuerſitati veſtre uolumus conſtare proteſtantes, quod dicta

(*) Ita quidem legitur apud *Hundium.* Sed in hanc Chronotaxin palpabilis irrepſit Error, defecta originalis vix ſanandus. Annus enim *quartus* Adminiſtrationis, *Gerungo* An. 1195. delatæ, cum poſita heic Aera Chriſti componi nulla ratione poteſt. Neque tamen Operæ pretium eiuſmodi Minutiis diu immorari.

Ecclesia cum omnibus filialibus suis *pleno iure* ad fratres Deo ibidem militantes spectare & pertinere cognoscitur. Ne autem super huiusmodi protestatione aliquo modo possit dubitari, & ut predictis fratribus jus eorum saluum permaneat, presentem paginam Sigilli nostri munimine roboramus. Anno ab incarnatione dni. MCCXX. Octauo.

Originale cum fragmento Sigilli.

Eandem Incorporationem postea confirmavit Bertholdus successor circa An. 1258. in hæc verba: nos *Berchtoldus* Dei gratia babenbergensis episcopus presenti scripto protestamur, nos litteras uenerabilis patris nostri felicis memorie *Ekberti* episcopi vidisse de Verbo ad Verbum sub hac forma *ut supra.*

N. XXX. Vidimus cuiusdam Recognitionis feudalis. An. 1228.

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. *Ekbertus* Dei gratia *Babenbergensis* Ecclesie Episcopus salutem in Domino. Uniuersitati vestre patere volumus & constare, quod nos subscriptam priuilegii formam cum Sigillis hic annotatis in thesaurario nostro reconditam habemus & conseruatam.

„ *LUDWICUS* Dei gratia *Palatinus comes Rheni &* „ *Dux Bauariae*, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est „ memoria hominum, ideo ne ea que rite aguntur, postmo- „ dum in dubium reuocentur, consueuerunt scripti munimine

ro-

„ roborari. Quapropter notum esse cupimus tam presentibus „ quam futuris, quod venerabilis Dominus noster *Ekbertus* Ba„ benbergen. Episcopus nos & *OTTONEM* filium nostrum, & „ omnes heredes nostros qui nobis jure feudali debent succe„ dere, de feudo *Alrami & Alberti fratrum de HALS*, quod „ ab ipsis euicit, & mediante sententia obtinuit, coram Re„ ge rationabiliter infeudauit, hoc pacto interposito, quod de „ eodem feudo nihil infeudare, nec obligare, nec vendere, „ nec aliquo modo obligare debeamus, nec aliquo modo alie„ nare debaamus ab Ecclesia nec possimus. Adiectum fuit „ preterea, quod nos & noster filius & nostri heredes debea„ mus esse contenti antiquo jure aduocatie, quod per priuile„ gia vel per seniores terre illius poterit declarari; & ut hec „ in sua firmitate permaneant, presentem paginam sigillis Sere„ nissimi Domini nostri *HEINRICI* Rom. Regis. *Alberti Mag*„ *deburg.* Archiepiscopi, *Heinr.* Winacensis Wormaciensis „ Episcopi, *Heinr.* Episcop. *Aisteten.* atque nostro nostrique *filii* „ *OTTONIS Palatini comites Reni* & *LEOPOLDI Ducis Au*„ *strie* fecimus muniri. Testes autem hi sunt, *Rudolfus Pala*„ *tinus comes de Teuwing*, *Hermannus Marchio de Paden*, „ *Chunr. Purgrauius de Norembercкh*, *Heinr. Comes de Otin*„ *gen*, *Fridericus de Truhendingen*, *Dapifer de Waltpurch.* „ *Chunradus Pincerna de Wintersteten*, *Chunradus de Win*„ *sperch*, *Gotfridus de Dikkenpach*, *Hertwicus de Hirsperch*, „ *Leupoldus Pincerna de Vogelsperch. Hademarus de Chunring*, „ & alii quam plures. Acta sunt hec apud *Ezzeling*, Anno „ Domini MCCXXVIII. prime Indictionis. „ Et ut his plena fides adhibeatur, presentem paginam munimine Sigilli nostri roboramus.

N.

N. XXXI. Sentencia Judicum delegatorum de plenaria Incorporatione Ecclesiæ in Chaſſen. An. 1228.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Nos *Vlricus* miſeratione diuina *Patauien.* Archidiaconus, judex a ſede apoſtolica delegatus. Q. eadem miſeratione Decanus apud ſanctum Nicolaum in Patauia. Judex ſubdelegatus, omnibus hanc paginam inſpecturis, ſalutem in uero ſalutari. Ad notitiam cupimus peruenire tam preſentium quam futurorum, quod cum nos de mandato apoſtolico ad querimoniam *Pilgrini clerici*, venerabilem in Chriſto fratrem noſtrum *Heinricum* Prepoſitum in *Oſterhouen*, Patauiam peremptorie citaſſemus, & ipſe coram nobis die ſtatuto compareret, jam dictus *Pilgrinus* Clericus, petiit a nobis quatenus Prepoſito & Conuentui in *Oſterhouen* auctoritate qua fungeremur, precipere deberemus, ut ipſum P. Clericum Eccleſiam in *Chaſſen*, ad quam per venerabilem in Chriſto fratrem noſtrum *Popponem Altachenſem* Abbatem Epiſcopo Patauienſi Dyoceſano ipſorum canonice ſicut dicebat fuerat preſentatus, quiete & pacifice permitterent poſſidere. Sed cum jam dicti Prepoſitus & conuentus in *Oſterhouen* per priuilegia & confirmationes Patauienſium Epiſcoporum, nec non & per preſcriptionem legitimam Eccleſiam in *Chaſſen*, tam in temporalibus quam in ſpiritualibus ad ſe pleno jure pertinere parati eſſent probare, cum etiam iam dictus Abbas Altachenſis in judicio coram nobis comparens requiſitus a nobis, utrum ſe jam dicto P. Clerico preſentatorem in Eccleſia *Chaſſen* recognoſceret, reſpondit, quod ipſe conuentus in *Oſterhouen* preſcripſerat impedire nollet vel aliquo modo perturbare, P. Clericus, neſcimus quo inſtinctu ductus, vel quia in-

inprobatione petitorum deficere se credebat, vel quia iniustam litem a se foueri sciebat, liti & actioni quam aduersus conuentum in *Osterhouen* intentarat voluntarie cessit nullis prorsus precibus, vel illectionibus super cessione huius interuenientibus, reddens ei rescriptum, quod super hoc a sede apostolica obtinuerat. Nos igitur habito super hoc prudentum nostrorum consilio, tum propter recognitionem Abbatis *Altahensis*, quam coram nobis fecit conuentui in *Osterhouen* super jure, quod ipsi Osterhouenses habebant in Ecclesia *Chassen*, tamen etiam propter voluntariam cessionem jam dicti P. Clerici conuentum in *Osterhouen* ab obseruatione huius judicii sententialiter absoluimus Ecclesiam pleno jure in *Chassen* tam in temporalibus quam spiritualibus adjudicantes eisdem ad quod faciendum id nos precipue induxit, quod per autenicum scriptum venerabilis in Christo fratris *Ludvoici* Abbatis in *Aldersspach* Cistertiens. Ordinis, cui iniunxeramus, ut priuilegia *Osterhouensis* Ecclesiae inspiceret, nobis constitit, Ecclesiam *Chassen* a felicis memorie *Reinberto* quondam *Patauiensi* Episcopo, conuentui *Osterhouen.* per concambium fuisse traditam, & postmodum a successore suo bone memorie *Chunrado* eiusdem Ecclesiae Episcopo confirmatam. Acta sunt hec, anno ab Incarnatione Domini MCCXXVIII. XIII. Kal. Julii in conuentu majoris Ecclesie in *Patauia*. Testes huius rei sunt P. Abbas *Altahensis* & Eius Monachi. *Ulr. Bohemus*, *Wilhalmus can. de Osterhouen. Rudolfus & Traiboto* Canon. Patau. *Chunr.* maior plebanus, *Eberhardus de Veuhtenpach*, *Albertus de Possenmünster* R. de *Lansdorf.* Clerici vero Ulr. plebanus de *Mundsing*, *Chunr*, Scolasticus, *Heinricus Physicus de Ehw*, *Walchün cognomine Dyabolus*. *Hartliebus* notarius Episcopi. *Pilgrinus de Waltchir-*

chen, *Richkerus & Heinr. de Pezenpach* de domo S. Nicoloui Can. & alii quam plures.

N. XXXII. De Muta in Tekkendorf & Plaedling. An. 1228.

Uniuerſis preſentem paginam inſpecturis *ALBERTUS Comes de POGEN* ſalutem. Uniuerſitati veſtre conſtare volumus & patere, quod nos fratribus in *Oſterhouen* intuitu mercedis diuine remittimus & indulgemus jus quod habemus in rebus ipſorum, que ducuntur per comitatum noſtrum ſiue in Yſara, tam in viis, quam in pontibus, tam in aſcenſu quam in deſcenſu, ita quod nihil ſoluant officiatis noſtris. Et ut predictis fratribus jus eis a nobis collatum ſaluum permaneat & perpetuum, preſentem paginam munimine Sigilli noſtri roboramus, transgreſſoribus eam penam infligentes, ut nobis vel ei ad quem jus noſtrum deuoluitur quinque libras perſoluant. Teſtes huius rei ſunt. *Heinr. de Pholingen. Rudolfus Reuht*, *Godfridus de Schainbach*, *Albertus de Erlpach*, *Dietmarus de Podingen*. & alii quam plures. Data Anno Gratiae MCCXXVIII.

N. XXXIII. Poſſeſſiones a Dominis de Horbach, ſunt ſine aduocatia & omni exactione. An. 1229.

Uniuerſis Chriſti Fidelibus *LUDWICUS* Dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bauariae* ſalutem. Contra falſam iniquorum aſſertionem & ne ipſa falſitas prejudicet veritati, Uniuerſitati veſtre preſentium auctoritate & in figura judicii

fina-

finaliter ſententiamus, quod omnes poſſeſſiones tam culte, quam inculte collate Eccleſie ſancte Margarethe in *Oſterhouen*, a *Chunrado de Horbach*, & a progenitoribus ſuis ſunt ſine jure aduocatie, niſi unicus *filius eius Chunradus* velit ipſas defendere, habito reſpectu eternae retributionis, & ſine omni honore & onere jure aduocationis. Teſtes autem noſtre ſententie ſunt *Comes Heinr. & Chunr. de MOSBURCH*, *Comes Albertus de* Pogen, & *Otto Comes.* de *GRUNENPACH*, & *Hoholdus de Nidekke Heinricus de Lapide, Chunr. de Hohenuels*, & *Chunr. filius eiusdem. Leutoldus de Auwe*, & *filii eius Ulricus & Ludwicus*, & alii quam plures. Acta ſunt hec *Lantzhut.* Anno Gratiae MCCXXIX. Datum Kal. Martii.

N. XXXIV. Conceſſio Decimationis in Straubing & Ellenpach. An. 1230.

L. (*LUDWICUS*) dei gratia *Comes Palatinus Rheni & Dux Bawarie*: Uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Uniuerſitati veſtre uolumus conſtare & patere, quod nos pro amore dei eccleſie ſancte Margarete in *Oſterhoven* contulimus perpetuo decimationem omnium redituum noſtrorum in *Strvbyn* & *Ellempach.* Volumus etiam ut predicte decimationes non tranſeant in obligationem vel alienationem, ſed predictis fratribus eiusdem loci ſemper ſalue permaneant. Et ut iſta donatio perpetua ſit, preſens ſcriptum munimine Sigilli noſtri fecimus roborari. Acta ſunt hec anno gratie MCCXXX. in *Rytenburch.* Teſtes. *Anſhelmus de Juſtyni. Chunradus*, & *filius eius eiuſdem nominis de Hohenuels*, *Pincerna*, *Liutoldus de Augia*, &

 filii

filii eius Oulricus & Ludwicus. Perhtoldus Pincerna de Ode, & Heiuricus notarius eius.

Originale cum Sigillo delineato Vol. III. Monum. Boic. Tab. II. N. 6.

N. XXXV. Libertates indultae Monasterio a Sede apostolica. An. 1230.

GREGORIUS Episcopus seruorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Preposito in Osterhouen sancte Margarete, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris iustis postolationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Margarete in *Osterhouen*, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo canonicus, qui secundum Deum & beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste ac canonice possideat, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domioo poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo pre-

prefata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis & de Podigin, Mulheim, Chassen capellis & decimis earundem, ac alias possessiones cum pratis, uineis, terris, nemoribus, usuagiis, pascuis, in bosco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, vel de nutrimentis animalium uestrorum, nullus a uobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos & absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere, ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in vestra Ecclesia professionem fas sit sine sui Prepositi licentia de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu, discedere, discedentem vero absque communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis ianuis excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a Diocesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem, sacrosancte Romane sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochie vestre, nullus sine assensu Diocesani & uestro Capellam seu oratorium construere audeat saluis priuilegiis Pontificum Romanorum, sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni, & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel

interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas quoque ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi, de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent, reuocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Preposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, uel fratrum pars majoris & sanioris consilii secundum Deum & beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesie vestre concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum a Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritaie apostolica confirmamus, & presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate & Diocesani Episcopi canonica iustitia. Si quae igitur in futurum &c. praemia aeternae pacis inueniant Amen. Amen. Amen.

(L. S.)

(L. S.) ✝ Ego Gregorius catholice ecclie eps. SS.
✝ Ego Johanes Sabinen. eps. SS.
✝ Ego Jacobus Tusculan. eps. SS.
✝ Ego Thomas tt. Sce Sabine pbr. Card. SS.
✝ Ego Guifredus tit. Sci Marci pbr. Card. SS.
✝ Ego Sigenbaldus tit. Sci. Laurentii in Lucina pbr. Card. SS.
✝ Ego Stephanus Sce. Marie transtiberim tit. Calixti pbr. Card. SS.
✝ Ego Octauianus Scor. Sergii & Bachi diac. Card. SS.
✝ Ego Rainerius Sce. Marie in Cosmidin Diaconus Cardin. SS.
Dat. Lateran. per manum Magistri Martini sancte Romane Ecclie Vicecancellarii II. Non. April. Indictione II. Incarnationis dnice Anno M. CC. XXX. Pontificatus uero domni Gregorii pp. VIIII. anno quarto.

Originale cum Sigillo.

N. XXXVI. Litteræ Apostolicae de Decimis Goszenbach, Chrems, Centingrn, & Gerlting. An. 1230.

G*REGORIUS* (IX.) Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis *Heinrico* Preposito & Conuentui Ecclesie sancte Margarethe de *Osterhouen* Premonstratensis Ordinis Pataujensis Dioceseos salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia devotos & humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit, & ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam Mater pia sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in Domino filii uestris iustis precibus inclinati personas vestras & locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que in

pre-

presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum prestante Domino iustis modis poteritis adipisci, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Ecclesiam de *Osterhouen*, cum Capellis & pertinentiis suis. Decimas quoque & Curtes de *Gozzenbach*, de *Chremis*, de *Centingen*, *Geroltingen*, *Grezzenraeut*, *Wartperge*, nec non libertates, immunitates a Babenberg. & Patauien. Episcopis de capitulorum suorum assensu Monasterio vestro pia liberalitate concessas possessiones, terras, redditus, prata, nemora, vineas, & alia bona ipsius Monasterii sicut ea omnia iuste possidet & quiete, ac in literis super his confectis plenius dicitur contineri, *vobis* & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostre protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Lateran. V. Kaln. Aprilis Pontificatus nostri anno IV.

N. XXXVII. Litteræ Apostolicae de Ebring, Aeming, Entau, & Scharten. An. 1230.

GREGORIUS (IX.) Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis & Preposito & conuentui Monasterii Premonstratensis Ordinis salutem & apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, & vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii vestris

ftris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, de *Ærging*, de *Aeminge*, de *Entauue* de *Scharten* grangias cum decimis & aliis earundem pertinentiis quas vos proponitis assecutos canonice, sicut illas iuste & pacifice possidetis, vobis & per vos eidem Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. *Nulli ergo &c. si quis autem &c.* Datum Lateran. Kaln. Aprilis, Pontificatus nostri anno. IV.

N. XXXVIII. Libertates a sede de possessionibus Dominorum de Horbach. An. 1230.

Gregorius (IX.) Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis *Heinrico* Preposito, & conuentui Monasterii de *Osterhouen*, Premonstratensis ordinis salutem & apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, & vota, que a rationis tramite non discordant, effectu persequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu possessiones, & alia bona vestra, que sicut vos asseritis nobilis Vir *de Horbach Chunradus* Monasterio vestro pia liberalitate concesserit, sicut ea juste omnia possidet & quiete, vobis, & per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Lateran. X. Kaln. Aprilis. Pontificatus nostri anno. IV.

N. XXXIX. Quod Prælatus eſt ſummus Capellanus Ducis & de decima Straubing & Ellenpach, An. 1231.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.

OTTO dei gratia *Palatinus Comes Rheni & Dux Bawarie*, Uniuerſis preſentem paginam inſpecturis Salutem. Sicut uinculo naturali filius heres pro debito patris intelligitur eſſe obligatus, ita uidetur pater ſoluere, ſi filius fecerit pro eo ſolutionem. Hinc eſt, quod nos uniuerſitati veſtre patere uolumus & conſtare, quod reſpectu eterne mercedis, & pro eo quod dominus *Hainricus* ſancte Margarete in *Oſterhouen* prepoſitus noſtro patri ſuis in neceſſitatibus cum perſone periculo & diſpendio rerum ſeruitia multiplicia fideliter exhibuit & deuote: predictam eccleſiam ea prerogatiua volumus perpetuo gaudere & honore, vt vbicumque locorum fuerimus, qui pro tempore in eadem eccleſia prepoſitus fuerit, omnium prelatorum, capellanorum, & clericorum ipſe primus exiſtat & major, & in preſentia noſtra faciat diuina vel iniungat alii, qui fretus ſua auctoritate adimpleat, quod ei ab ipſo fuerit ordinatum & injunctum. Preterea volumus ut tempore noſtre refectionis propter preſentiam aliquorum prelatorum cuiuscunque profeſſionis fuerint locum quem ei aſſignamus in latere noſtro non alterando transmutet, & Utenſilia Capellanie noſtre conſervet, vel faciat Camerarium noſtrum ſvb certo numero conſeruare, & diſtributio elemoſinarum noſtrarum iuxta diſcretionem predicti prepoſiti fiat & ordinetur: ſed quia nobilitas

tas illam legem ſibi prefixit, quod nichil credit ſe preſtitiſſe, ſi ſine adjectione conferat & fecerit donationem.

Vnde nos liberaliter prefate ecclefie donamus decimationem omnium redituum noſtrorum in *Strvbingen* ſecundum quod continet patris noſtri inſtrumentum, ſuper eadem donatione confectum. Et volumus, vt vbicumque locorum in figura judicii fuerimus ipſe cauſam eccleſie ſue prior proſequatur, & quando contingeret ipſum curiam noſtram intrare, ſibi & quatuor evectionibus honeſte & de expenſis noſtris provideatur. Et ut iſta rata permaneant & inconuulſa, preſentem paginam munimine Sigilli noſtri roboramus. Teſtes. *Comes Hainr. de Moſburch. Comes Otto de Grvnenbach. Cvn. de Geren. Cvnradus de Hohenvelſe. Alhardus de priſingen. Siuridus de Frowenhouen. Siuridus de Frowenberch. Cvnradus Notarius noſter de Haidelberch* & alii quam plures. Acta ſunt hec Landeshvt Anno gratie Milleſimo ducenteſimo XXX. primo quarto Kaln. *NOVEMBRIS.*

Originale.

N. XL. Conceſſio Curiæ Entavv ad Vitalium. An. 1233.

A*lbertus Comes de POGEN*, uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Uniuerſitati veſtre conſtare volumus & patere, quod Eccleſia S. Margarethe in *Oſterhouen Marſchalco noſtro nomine Gebhardo* curiam ſuam in *Paskning.* pro tempore tantum vite ſue cuſtodiendam locauit, quatenus ipſi Eccleſie ſecundum euentum fructuum annuatim tanquam colonus Domino ſue ex inde reſpondeat, & quando iam dicte Eccleſie placeat ipſum

 factum

factum possit mutare, & curiam ad se reuocare, non obstante contradictione eiusdem Marschalci, vel eius heredum. Preterea volumus vos scire, quod iam sepe dicta Ecclesia *Marquardo dispensatori* nostro curiam suam *Entaw*, ad idem ius & onus locavit. Et ut predictis fratribus eiusdem Ecclesie ius ipsorum saluum permaneat, & inconuulsum, & ne aliquo modo possit de praescripto facto inposterum dubitari, presentem chartam munimine Sigilli nostri roboramus. Testes *Alramus de Chamb*, *Rudolfus Rauto. Albertus de Erlbach. Vlricus de Leuwolfing*, *Heinricus de Acholmingen*, *Engeschalcus de Saching*, *Eberhardus*, *Ulricus*, *& Rudolfus* Sacerdotes predicte Ecclesie. Acta sunt hec *Naternberch.* Kal. Julii, Anno Domini MCCXXXIII.

N. XLI. Precarium in Entau circa eundem Annum.

A*lbertus* Dei gratia *Gomes de POGEN*, omnibus has literas inspecturis salutem & plenitudinem omnis boni. Notum facimus presentibus & futuris, quod curiam unam in villa *Satstorf* tradidimus Ecclesie sancte Margarethe in *Osterhouen* perpetuo possidendam. Preterea nouerint Uniuersi, quod fratres prefate Ecclesie curiam in *Entau Marquardo Magistro pistorum* commiserunt, ut annuatim eis soluat inde censum constitutum, ita tamen ut eo decedente nullus heredum, nullus amicorum suorum, aliquid juris habeat in Curia prenotata, nec etiam juuenis ipse M. aliquam potestatem in ea habebit, nisi secundum quod consensus predictorum fratrum admiserit & voluntas. Item *Marquardus* tradidit prefatis fratribus predium quoddam in *Entau*, ad censum XXX. Dn. Hi sunt testes, *Henricus*

ricus Senior Pfölinger. Gerhardus. Marschalcus, *Chalchohus de Winzer*, *Albertus de Challenberg*, *Dietmarus de Poeding*, *Eberhardus de Tundorf.*

N. XLII. Immunitas Thelonei in Vilshouen concessa ab Henrico Comite de Ortenburch. An. 1236.

H. Dei gratia *Comes de ORTENBURCH.* Notum fieri cupimus tam futuris quam presentibus, quod nos pro spe & in columitate salutis nostre fratribus S. Margarethe de *Osterhouen* indulsimus, ut ab omni muta & theloneo tam in aquis quam in terra liberi sint apud *Vilshouen* ciuitatem nostram sub hac forma, ut quidquid de bonis & rebus eiusdem specialiter transeat, nihil ex his nobis, aut judici nostro, vel theloneario, uel cuiquam nostrorum penitus persoluatur. Presens igitur scriptum roboratum sigilli nostri munimine ipsis conferimus, ut hoc factum nostrum nunquam possit aliqua delere oblivio, aut processu temporis a quoquam valeat immutari. Testes *Weigandus de Rümtingen*, *Heinr. de Pamgarten nobiles. Ortwinus de Cholberch*, *Richgerus de Rotone*, *Otto de sturspach. Sygelochus*, *Chalhohus*, *Marquard fratres Sakkingii. Syboto ze Zwiglarn*, *Heinr. Longus*, *Heinr. perditor.* & alii quam plures. Acta sunt hec anno MCCXXXVI. Indictione IX. Datum *Vilshouen* XV. Kal. Maii.

N. XLIII. Confirmatio Fundationis Monasterii Slagen. An. 1236.

R*udigerus* Dei gratia *Patauiensis* Ecclesie Episcopus, omnibus tam presentibus quam futuris salutem in eo, qui est

vera ſalus. Ad notitiam omnium cupimus peruenire, quod *Chalhohus de Valchenſtein miniſterialis* Eccleſie noſtre in loco qui vocatur *Slag* fundauit cenobium ad honorem Dei & Genitricis ſue Marie cum conſenſu & voluntate predeceſſoris noſtri beate memorie *Wolſkeri*. Fundationem igitur illam filius ſuus *Chunr.* in noſtra preſentia renouauit, & in hoc magis roroborauit, quod a jure aduocatie receſſit, & ſine omni utilitate, promiſit eundem locum ipſe & ſui ſucceſſores defendere & iniurias proclamare. Preterea partem decimationis, quam in illis bonis habuit, nobis voluntarie reſignan. & nos easdem decimas ad petitionem ipſius *Chunr.* tradidimus *illi loco*. Cenobium in quam illud Eccleſiam & decimas cum omnibus attinentiis cultis & incultis tam in Bavaria, quam in Auſtria, nos conferimus ac committimus pleno jure, dilecto in Chriſto fratri noſtro Prepoſito in *Oſterhouen* tam in Spiritualibus quam in temporalibus, ut ipſum regat ſecundum regulam beati Auguſtini, & ordinem Premonſtratenſem. Quicunque ergo Cenobium illud in captura piſcium, ſucciſione arborum, vel qualicunque modo in redditibus ſuis habitis & habendis indebite leſerit, vel damnificauerit malitioſe, idem ſententiam excommunicationis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac etiam noſtram ſe nouerit in curriſſe. Ut autem hec fundatio permaneat in conuulſa, & ne heredes predicti *Chunradi* preſumant eam in aliquo aggrauare, nos preſens priuilegium ſigillo noſtro & Capituli, ac etiam ipſius *Chunradi*, & Teſtium ſubſcriptione fecimus communiri. Hi ſunt teſtes. *Chunr.* Decanus Patau. *Godfridus* Archidiac. & theſaurarius, *Chunr.* Tumplebanus. *Eberhardus de Veuhtenpach*, *Rugerus de Lonſtorf*, *Meingotus de Waldeche*, *Heinr.* *Zobelinus*, *Chunr.* *Decanus*

Ra-

Ratisbon. & Canonicus Patau. Ministeriales Ecclesie Patau. *Cnunr. de Valchenstain*, *Ortolfus & Heinr. fratres de Waldecke*, *Pilgrinus de Tannberch* & alii quam plures. Datum *Pataeie.* Anno Dominice Incarnationis. MCCXXXVI.

N. XLIV. Immunitas Mutæ & Thelonei in Austria. An. 1241.

FRIDERICUS Dei gratia *Dux Austrie & Stirie* & *Dominus Carniole* omnibus inspecturis hanc paginam in perpetuum, solite benignitatis affectu opera caritatis que felicis recordationis progenitores nostri specialiter pro libertate Ecclesiarum quarumlibet, que in nostro dominio sunt constitute, facere dinoscuntur, firmare, conseruare, augmentare pariter cupientes, tenore presentium notum fieri volumus uniuersis, quod non solum ex instrumentis per que instruimur & non immerito inclinamus ad singula conseruanda, que vel compensando, aut de mera liberalitate dicti progenitores nostri quomodolibet fecisse uidentur, assurgimus cum affectu, verum etiam diuinitus stimulati singulis ecclesiis de gratia speciali nostris temporibus taliter adesse uolumus & prodesse, ut & nos ex hiis & aliis, que fecerimus, Domino inspirante mereamur fieri participes regni dei. Pensatis igitur premissis feliciter ad que digne fratribus ecclesie in *Osterhouen* fauorabiliter indulgemus, ut singulis annis omnia victualia sua tam per aquam quam per terram nostram ad Cenobium suum libere ducere debeant, sine omni theloneo atque muta. Vt autem huiusmodi gratia fratribus & dicte ecclesie per nos facta perpetuo debeat conseruari, presentem paginam in euidens testimonium sigilli nostri

mu-

munimine jussimus roborari. Acta sunt hec *Patauie* Anno Domini M. CC. XLI. pridie Kal. Marcii.

Originale cum Sigillo. N. 2. Tab. Osterhov:

N° XLV. Repetita Immunitas Mutæ & Thelonei in Austria. An. 1241.

F*RIDERICUS* Dei gratia *Dux Austrie & Stirie*, *& Dominus Carniole* omnibus hanc litteram inspecturis in perpetuum. Cum ecclesia in *Osterhouen* a bone memorie Duce *LIUPOLDO attauo nostro* occasione quondam obsidionis castri in *Ortenburch* lesa fuerit plurimum & grauata, in recompensationem eiusdem dampni eidem ecclesie felicis recordationis progenitores nostri pia deuotione duxerunt indulgendum, ut omnia victualia sua ubique apud thelonia siue mutas suas absque, vectigali, & eo, quod *Vüruart* uulgariter appellatur, gaudere debeant libero transitu, & securo. Nos eorumdem predecessorum nostrorum inherere vestigiis cupientes, id ipsum jus pro Dei omnipotentis reuerentia memorate ecclesie duximus concedendum. Vt autem hec concessionis nostre gratia debeat inuiolabiliter obseruari, presens scriptum Sigilli nostri Karactere roboratum sepefate ecclesie mandauimus assignari. Dat. in *Chrems* per manus magistri *Vlrici de Chirenperch* Prothonotarii. Anno dni. M. CC. XLI. VII. Idus Marcii quartedecime Indictionis.

Originale.

N. XLVI. Confirmatio Donationis pro Anniverſario. An. 1241.

R*ud[illegible]us* Dei gratia *Patauienſis* Epiſcopus in perpetuum. Ne rebus geſtis procedente tempore periculoſa obliuione valeat derogari, ea, que aguntur, ſolent commendari, ſcripti memorie ad Cautelam. Hinc eſt, quod notum eſſe cupimus, tam preſentibus quam futuris, quod cum *Otto dictus Chlosner* fidelis noſter ciuis Patauienſis Eccleſie & conuentui, in *Oſterhouen* pro remedio anime ſue & *Irmgardis uxoris* ſue & progenitorum eorundem, & ut ipſorum anniuerſarius in feſto S. Oſwaldi annis ſingulis celebretur in preſentia noſtra & Ciuium noſtrorum domum ſuam, in qua *Sifridus de Oſterhouen* habitauit hactenus, tradidiſſet, pariter & donaſſet perpetuo poſſidendam. Petiuit autem a nobis idem Conuentus & dictus *Otto* ut dictam domus praefate collationem noſtris dignaremur literis confirmare. Nos ergo juſtis eorum petitionibus ſatisfacere cupientes, auctoritate noſtra donationem eandem duximus confirmare. Vt autem dicte donationis confirmationi nequeat per alicuius friuolam malitiam in poſterum obuiari, preſentem paginam cum ſigilli noſtri appenſione & teſtium ſubſcriptione fecimus communiri. Teſtes autem hi: *Engelſchalcus, Chunr. Setzer, Metfridus, Chunr. filius Perhardi, Duringus Sartor, Sifridus de Oſterhouen, & Leupoldus filius eius, Purchkardus Ekkericus* & alii quam plures. Datum *Patauie* Anno Domini. MCCXLI. XII. Kal. April. Indictione XIV.

N. XLVII. Laudum de Curia controuersa Pasching. An. 1243.

Omnia, que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, scripturarum serie solent perennari. Hinc est, quod nos *Heinricus* dictus de *Osterhouen* Prepositus, & ipsius Loci capitulum, posteritati nostre presenti scripto mandare curamus, quod querimonia inter nos & ministeriales dictos de *Steinberckh*, *Albertum* videlicet & *Perchtoldum Wernhardum & Chunradum*, & *ipsorum Patrem Perchtoldum* pie memorie a multis retroactis temporibus semper interminata permansit. *Tandem* vero dicta causa a venerabilibus de *Superiori Altach* & de *Wimberg* Abbatibus utriusque partis arbitris taliter diffinita est, ut nos jam dictis *militibus de Steinberch* X. lib. Ratisbon. probate monete persolueremus, & ipsi sepedicti ministeriales intuitu Dei & pro remedio patris ipsorum predium in *Paschingen* Ecclesie nostre quiete possidendum contraderent. Ut autem ista que prelibata sunt, firma & rata permaneant. Nos de *Steinberch* fratres, *Albertus*, *Perchtoldus Wernhardus & Chunradus* confitemur, nos abnegasse omne jus proprietatis in predicto predio *Pasching* coram venerabilibus de *Superiori Altach*, *Ulrico de Wimberg* Abbatibus in Cenobio *Wimberg* astantibus *Priore Heinrico* & Supriore *Rudolfo*, & aliis ipsius loci fratribus. In testimonium vero supradicte firmitatis presentem schedulam predictorum Abbatum fecimus Sigillo muniri. Huius rei testes sunt *Ludwicus miles de Ernoltesueld*, *Heinr. de Tüscheldorf*, *& frater suus*, *Rupertus. Chunr. dictus Patruus*. *Rugerus Preco*, *Rugerus Faber*, & alii quam plures. Acta sunt hec Anno gratie. M. CCXLIII. Indictione II.

N.

N. XLVIII. Ne aliquis nos conueniat in Judicio prouinciali, sed in Camera Ducis. An. 1245.

OTTO Dei gratia *Palatinus comes Reni*, *Dux Bauarie* omnibus presens scriptum intuentibus. Judicibus ac officialibus suis gratiam suam. Noueritis, nos propter petitionem venerabilis Prepositi & Collegii sui *Osterhouen*, ob reuerentiam diuine remunerationis, principaliter Ecclesie ipsorum talem gratiam fecisse, videlicet ut nullus vestrum de possessionibus ipsorum quas decem aut XX. annis vel amplius in quieta duxerunt possessione, judicium faciat alicui querelanti. Personaliter namque de ipsis, ac eis attinentibus justitie uniuersis proponimus facere complementum. Ne igitur aliquis vestrum eidem gratie audeat in contrarium venire, presentem chartam ipsis dedimus in testimonium sigilli nostri vigore communitam. Acta sunt hec Anno Domini MCCXLV, XII. Kal. Junii. Indict. III.

N. XLIX. Emunitas Mutæ & Thelonei per totam terram Bauariae. An. 1246.

Nos *OTTO* Dei gratia *comes Palatinus Reni Dux Bauarie*, uniuersis presenti scripto declaramus, quod dilectis venerabilibus Preposito & capitulo de *Osterhoueu* gratiam fecimus specialem: videlicet ut in mutis nostris vel theloneis ammodo nulla thelonea soluant, & illesa ipsis attinentia & maxime vinum de Austria ipsis transportandum in aquis & in terris sine exactionis emolumento traduci permittantur. Ne autem aliquis presumptuosus eandem gratiam ipsis libere concessam au-

deat violare, ſub obtentu gratie noſtre inhibemus, preſens ſcriptum ſigillo noſtro munitum eisdem aſſignantes. Acta ſunt hec Anno Domini MCCXLVI. VI. Kal. Julii. Indict. IV.

N. L. De duabus Hubis. An. 1249.

In nomine Domini Amen. *Heinricus* Dei gratia *Babenbergenſis* Epiſcopus. Uniuerſis preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Quoniam labilis eſt memoria hominum, geſte rei notitiam ſcripture teſtimonio duximus commendandam, ne in recidiue contentionis ſcrupulum relabantur. Nouerit igitur tam preſentium etas, quam futurorum poſteritas, quod predeceſſor noſter venerabilis Epiſcopus *Ekbertus* bone memorie manſum noſtrum in *Oſterhouen*, quondam fratris *Wipotonis* hereditarium, quem *Magiſter Petrus Valkenarius* poſt eundem tenuit, Prepoſito & conuentui in *Oſterhouen* pro ſeruitiis & donis, que ab eis receperat, contulit eo jure, ut cenſum ſtatutum & ſeruitia debita ſicut & ceteri domeſtici, de ipſo perſoluere debeant annuatim. Unde conſiderantes grata obſequia, & deuotionem, que dictus Prepoſitus & Conuentus predeceſſoribus noſtris & nobis exhibuerant, & inantea poterunt exhibere, gratiam eis factam in eodem manſo, auctoritate preſentium & Sigilli noſtri munimine, cum ſubſcriptione teſtium communimus, confirmamus. Teſtes autem ſunt hi: *Hermannus Abbas de Altach*, *Albertus Abbas de Metten*. *Heinr. Prepoſitus veteris Capelle Ratisbon. Canonicus noſter Rudlibus Prepoſitus in Rinichnach*, *Werinhardus de Uttendorf*. *Purchkardus de Weier*. *Ludwicus de Hagenawe*, *Wolframus Pincerna noſter de Reut*, *Gebhardus de Veltbach*, *Albertus de Gneiſſing*, *Chunradus Zwikauf*,

kauf, & alii quam plures. Datum Anno Domini MCCXLIX. Indictione VII. Mense Martio, Pontificatus nostri Anno IV.

N. LI. Commutatio Prædiorum inter Gottwicense & Osterhoviense Monasteria. An. 1251.

In nomine sanctae & indiuidue Trinitatis Amen.

Heinricus Dei gratia, Chotwicen, hanc litteram inspecturis, salutem in perpetuum. Discretorum virorum prouidentia ea que inter ipsos aguntur in tempore, ne per obliuionem humanam a memoria simul labantur, cum tempore scriptis prouidit, ac proborum virorum testimonio confirmare, quorum nos vestigia obseruantes omnibus innotescimus hanc litteram inspecturis, quod venerabilis Prepositus & Conuentus *de Osterhouen* predecessorum nostrorum temporibus utriusque Ecclesie considerata vtilitate curiam suam apud *Chrems* cum omnibus attinentiis vinetis & agris a decimis nobis inde prouenire taliter exemerunt, quod villam, que superior dicitur *Vuthaw*, nostre Ecclesie contulerunt in recompensationem predictarum decimarum perpetuo possidendam, ita tamen, ut dimidia *carrada vini* nobis de prelibata curia singulis annis persoluatur, nosque ipsis in equipollentia curiam villicariam addidimus apud *Teizz* liberaliter possidendam. Ne autem super hiis pretextu alicuius vendicionis seu obligationis nostrarum decimarum predicte curie de *Osterhouen* super libertate sue empcionis calumnia seu questio ammodo oriatur, sed hic tractatus a nostris predecessoribus solempniter factus perpetuo robur obtineat firmitatis, ipsum tenore & auctoritate presentium renouamus, ac pe-

perenniter confirmamus ſigilli noſtri atque Conventus Karactérem apponentes. Teſtibus etiam, qui huic publicationi & renouationi intererant ſubnotatis, qui ſunt. *Irnfridus Decanus Chremenſis. Hertnidus Sac. Albero Winceler. Chunradus Sac. de Pruſing: Perchtoldus Trawernius. Meinhardus de Lapide. Chunradus Seuelder Ratisbon. Senior. Hayſtolfus Groſſus. Otto filius Hayſtolfi. Hevnlo. Meinhardus de Camera. Waltherus Moderſtoch.* & alii quam plures. Actum in *Stayn*, Anno Domini M. CC. LI. Indictione X.

N. LII. Confirmata Immunitas Mutæ & Thelonei per terram Auſtriae. An. 1252.

OTACHARUS Dei gratia *Dux Auſtrie & Stirie* & *Marchio Morauie*, uniuerſis literam hanc inſpecturis ſalutem in perpetuum. Cum Eccleſia in *Oſterhouen* a bone memorie Duce *Leupoldo* atauo illuſtris quondam Ducis Auſtrie *FRIDERICI* occaſione quondam obſidionis Caſtri in *Ortenburch* leſa fuerit plurimum & grauata, in recompenſationem eiuſdem dampni eidem Eccleſie felicis recordationis principes memorati pia deuotione duxerint iniungendum, ut omnia uictualia ſua ubique apud thelonea ſua ſiue mutas ſuas absque vectigali & eo, quod vulgariter *Fürfart* appellatur gaudere debeant libero tranſitu & ſecuro. Nos eorundem Principum inhaerere veſtigiis cupientes id ipſum jus pro Dei omnipotentis reuerentia memorate Eccleſie liberaliter duximus concedendum. Ut autem hec conceſſionis noſtre gratia debeat inuiolabiliter obſeruari, preſens ſcriptum ſigilli noſtri Karactere roboratum ſepefate Eccleſie man-

mandauimus assignandum. Datum in *Chrems*, per manus prothonotariorum Magistri *Wilhalmi* & Magistri *Gorschalci*, Anno Domini MCCLII. V. Idus Decemb.

Originale cum Sigillo & Contrasigillo, ut delineatum est Vol. VI. Sigill. Tab. III. N. XII. sed paullo diversum, Num. 3. Tab. Osterhoven.

N. LIII. De duabus Hubis in Geiselhartstorf. An. 1253.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Uniuersis presentem paginam inspecturis, in vero salutari salutem. Cum felicis memorie vir strenuus *Ulricus de Lubolfingen miles*, solutus corpore huius vitae carens ecclesiastica sepultura fere per tria lustra existeret inhumatus, *Altmannus*, *Ulricus & Heinr. & Hailka eius haeredes* apud venerabilem in Christo Patrem, *Perchtoldum* Episcopum *Patau.* Loci Dyoecesanum & Patrem venerabilem *Albertum Decanum* eiusdem Ecclesie ipsius Episcopi vicem gerentem pro iam dicto Patre suo sepulturam Ecclesiasticam impetrantes, in Monasterio sancte Margarethe dicto *Osterhouen* Premonstraten. Ordinis ipsum obtinuerunt feliciter sepeliri. Et ut Patris ipsorum in eodem monasterio a fratribus ibidem Deo militantibus fieret memoria sempiterna, iidem haeredes iam expressi duas hubas in *Geiselhartzstorf secus flumen Chalbach* in parochia *Arnsdorf* pro remedio anime Patris memorati iam dicto Monasterio possidendas perpetuo tradiderunt. Et quoniam Sigilla propria non habebant, hanc

do-

donationem siue largitionem Capituli Patau. & ipsius *Alberti Decani* sigillis petiuerunt hec omnia in testimonium roborari. Nos igitur *Albertus Decanus* quia hec omnia coram nobis ex subscriptis testibus solemniter acta sunt aućtenticantes hec omnia & robur legitimum parantes eisdem presentem paginam sigilli nostri, & Sigilli capituli nostri munimine duximus roborari. Sunt autem huius rei hi testes, per omnia annotati, *Albertus Tumplebanus* Canonicus Patau. *Albertus de Jokenstorf ministerialis. Wernhardus Chlosner, Wernhardus Preminger, Chunradus, Heinricus de Iridernspack, Heinr. Faber, Engelbertus, Dietmarus, Albertus.* Acta sunt hec *Pataule* in domo domini Decani in presentia Prepositi, & fratrum suorum de *Osterhouen* VI. Idus Decemb, anno Dominicae Incarnationis M.CC.LIII. Indictione XII.

N. LIV. Relaxatio minuti Seruitii duarum Hubarum. An. 1254.

HErmannus Dei gratia *Babenbergensis* Episcopus dilectis in Christo Preposito & toti conuentui sancte Margarethe in *Osterhouen* salutem cum sincera in Domino charitate. Cum Ecclesiis ad nos immediate spectantibus semper velimus in quantum possumus, manum porrigere adjutricem, ecce de illis duabus hubis, quas a predecessoribus nostris in *Osterhouen* ad jus hereditarium habuistis vobis pro tempore vite nostre census minutos & obsequia remittimus, ita videlicet, ut maiora, triticum videlicet, frumentum, ac auenam & consimilia nobis vel officialibus nostris more solito singulis annis soluere nullo mo-

modo negligatis. Et hoc per presens scriptum nostro roboratum sigillo, uniuersis offic'.'ibus nostris ac aliis volumus esse notum. Datum in *Altach* Anno Domini M.CC.LIV. in die beati Martini Episcopi.

N. LV. Emunitas Mutæ apud Vilshouen. An. 1256.

Nos *Henricus* Dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bauarie.* Uniuersis ad quos presens litera deuenerit notum fieri volumus, & presenti litera declaramus, quod nos de communi sensu nostrorum consulum, dilecti & venerabilibus Preposito & conuentui in *Osterhouen* hanc fecimus gratiam specialem, quod in Muta nostra *Vilshouen*, vinum ipsorum sine exactione liberum habeat transitum & sec..um siue per terram transeat vel per aquam. Ut autem talis nostra donatio ipsis permaneat inconuulsa, presentem literam cum sigillo nostro roboratam ipsis in testimonium tradimus, & donamus. Acta sunt hec in *Osterhouen*, Anno Domini MCCLVI. IV. Idus Decembris.

N. LVI. Defensio Ecclesiarum præmonstratensium facta ab Alexandro IV. P. M. An. 1258.

ALEXANDER IV. Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Patauiensi salutem, & apostolicam benedictionem. Cum multiplicata sit usque adeo iniquitas superborum, quod quasi aquam maledictionem bibentes, ecclesias & personas Ecclesiasticas persequi non desistant, multipli-

cari debet humilium equitas contra eos, ut ſapientia uincens malitiam virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum minime derelinquat. Cum igitur dilectus filius. Abbas Premonſtratenſis pro ſe ac Ceteris Coabbatibus, prepoſitis ac Conuentibus Vniuerſis Premonſtratenſis ordinis nobis expoſuit, nonnulli qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, ipſos in perſonis & rebus ſuis aggrauant & maleſtant, nos volentes, & preſumptorum huiuſmodi refragari conatibus, & eorundem abbatum, Prepoſitorum, & Conuentuum grauaminibus congruis ſubſidiis ſubuenire, Fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus non permittas ipſos contra *indulta* priuilegiorum & indulgentiarum ſedis apoſtolice ſuper in officiatione barochiarum ſeu Capellarum ſuarum eiſdem conceſſorum ab aliquibus indebite moleſtari, Moleſtatores huiusmodi per Cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lateran. IIII. Nonas Januarii Pontificatus noſtri anno Tertio.

Originale cum Sigillo.

N. LVII. Donatio Parochiae Oſterhouen. cum annexiis. An. 1258.

Nos *Berchtoldus* Dei gratia Babenbergen. Epiſcopus, praeſenti ſcripto proteſtamur. Nos literas venerabilis patris anteceſſoris noſtri felicis memorie Ekberti Epiſcopi vidiſſe de verbo ad verbum ſub hac forma. „ Ekbertus Dei gratia Babenbergen. Epiſcopus uniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem. „ Quanto deuotio Religioſorum virorum ſtudioſius mandatis

„ di-

„ diuinis intenditur, tanto humani generis inimicus, ad turba-
„ tionem eorum fuae fraudis malignitate laborat, & variis mo-
„ dis eis praeftat materiam litigandi, ut fic ipfos retrahat a
„ propofito, quod iam inceperunt. Hinc eft quod nos volu-
„ mus Ecclefiae in Ofterhouen, quae ad nos ratione juris pa-
„ tronatus fpectare dinofcitur, in pofterum prouidere, ne fal-
„ fitas veritati poffit praeiudicare, aut iniquitas praevalere
„ aequitati. Uniuerfitati veftrae. volumus conftare proteftan-
„ tes, quod dicta Ecclefia cum omnibus filiabus fuis, noftra
„ & antecefforum noftrorum largitione pleno jure ad fratres
„ Deo ibidem militantes fpectare & pertinere cognofcitur. Ne
„ autem fuper huiusmodi proteftatione aliquo modo poffit du-
„ bitari, & ut fratribus jus eorum faluum permaneat, prae-
„ fentem paginam Sigilli noftri munimine roboramus." Anno
ab Incarnatione Domini MCCLVIII.

N. LVIII. Relaxatio maioris & minuti feruitii per IV. annos. An. 1259.

B*erchtoldus* Dei gratia *Babenbergenfis* Epifcopus. Uniuerfis prefens fcriptum infpecturis falutem in Domino. Quia viri venerabiles fratres Monafterii in *Ofterhouen* nobiscum & cum noftris fecerunt expenfas fumptuofas. Nos ad recompenfationem ipfis fratribus faciendam conceffimus eis, ut duos manfus de quibus penfionem feu cenfum annuum nobis foluunt, teneant, a fefto Natiuitatis Domini nunc inftanti per IV. annos continuos ab omni cenfu, penfione, & feruitio maiori & minori, liberos & quietos. Quibus annis peractis foluant

pensionem & seruitium maius. A minori vero seruitio perpetuo sint quieti. In cuius rei testimonium presens scriptum eis dedimus nostri Sigilli munimine roboratum. Datum *Osterhouen* anno Domini MCCLIX. XI. Kalend. Januar.

N. LIX. Relaxatio minuti seruitii de duabus hubis. An. 1259.

Nos *Berchtoldus* Dei gratia *Babenbergen.* Episcopus. Tenore presentium constare volumus uniuersis, quod nos attendentes grata & sumptuosa seruitia, que viri religiosi fratres Monasterii in *Osterhouen* nobis & nostris familiaribus frequenter impendunt, Concedimus ipsis, ut de duobus mansis, quos sub censu annuo & seruitiis a nobis tenent certis, minora seruitia sibi retineant, & ab ipsorum prestatione perpetuo sint immunes, maioribus seruitiis nobis remanentibus in statu debitu & consueto. In cuius rei testimonium presentem paginam eis dedimus nostri Sigilli munimine roboratam. Datum Anno Domini MCCLIX. XI. Kal. Januar.

N. LX. De Annis quibus cessauit Aduocatia. An. 1259.

Nos *Berchtoldus* Dei gratia Episcopus *Babenbergensis* Uniuersis tenore presentium volumus esse notum quod super dissensione que inter nos & nobilem virum *Albertum de Hals* oriebatur, talis ordinatio interuenerit. Primum quidem dictus *Albertus* cessit omni juri, quod sibi in curte nostra *Mulhaim* vendicabat, & eam nobis dimisit in perpetuum liberam & quietam. Item homines nostros uniuersos, & homines Monasterio-

riorum in *Osterhouen* & in *Aspach*, in quibus ipse jus aduocatie a nobis tenet, dimisit Liberos & quietos ab omnibus hospitalitatis & steurarum in commodis, ac aliis quilibuslibet vexationibus. A festo Purificationis proximo per duos annos continuos. Sed tamen antiquum & debitum aduocatie ius debet percipere ab eisdem. Item nullos de seruis locabit *in foro Osterhouen*, sed & locatos remouebit, preter eos qui proprietatem seu feuda hereditaria ibi tenent, nec ibidem ii tabernas exercebunt, nec alias erunt hominibus nostris graues. Adhuc super iure, quod ipse *Al.* dicit se habere in castro *Ernekk*, & in curtibus nostris *Osterhouen*, *Amingen*, & *Podingen*, si non potest nobiscum amicabiliter concordare juris sententiam postulabimus nos utrinque. Item nullus de suis castellanis, seruis aut hominibus ipsum pignorabit, occasione alicuius debiti bonis nostris, sed si factum fuerit continuo sine dispendio faciet emendare. Curabit etiam bona fide quod nullus extraneus ipsum in bonis nostris debeat pignorare. Pro quibus omnibus firmiter obseruandis dedit nobis fidejussores, viros discretos *Henricum de Phöllingen*, *Alberonem Wallerium Swikerum de Vorst*, *&* *Albertum de Fuert*: ut si predicta fuerint in aliquo violata, ipsi infra sex septimanas id faciant emendari. Alioquin si non fuerit emendatum, hi iidem fidejussores *Vilshouen* intrabunt inde non exituri, donec *ducentas Lib. Ratisbon.* nobis soluant, ipsam totius penam solut. quoties infra duos annos prescriptos predictorum aliquod fuerit violatum. Ut igitur hec predicta ipse *Al.* & fide jussores memorati nobis obseruent, dedimus eidem *Alb.* gratiam nostram & suis & feudum, quod a nobis ab antiquo & sine lite tenet, duximus conferendum. Si vero ipse vel fidejussores violauerint hanc concor-

diam nobis omnem queſtionem, quam ante compoſitionem habuimus contra ipſum, habebimus nobis ſaluam. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum fieri fecimus, & noſtro ac ipſius ſigillo iuſſimus Communiri. Hec etiam omnia firmiter obſeruanda dictus *Albertus* & fidejuſſores data fide promiſerunt ſe firmiter ſeruaturos. Acta ſunt hec anno Domini M. CC. LIX. XII. Kal. Januarii in Monaſterio *Oſterhouen.*

N. LXI. Donatio Hubae in Holerbach & Dotis ſanctae Crucis. An. 1259.

Nos *Albertus de Hals*, tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum inſpicientibus ſalutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & ſi quandoque vel litigioſa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id eueniat in preſenti negotio, placuit ipſum literarum apicibus perpetue memorie commendare. Hinc eſt quod nos ad memoriam reducentes eccleſiam *Oſterhouenſem* jure aduocatie nobis attinentem, tum per nos, tum per pie momorie patrem noſtrum *Alramum de Hals*, indebitis exactionibus ſepius damnificatam, tandem ſuper hoc diuino timore & amore concepto, aliquandam dicte Eccleſie cupientes facere ſatisfactionem, ob prefati damni reſtaurationem & perpetue a Domino mercedis remunerationem, conſilio honeſtorum virorum habito viris religioſis in ſepe dicta Eccleſia *Oſterhouen* Deo militantibus tradidimus predia noſtra ſita in *Holerbach*, & Eccleſiam noſtram in *Mulheim* utraque ſuper principale S. Margarethe Virginis altare ſolemniter delegantes, ratum habentes ut ſi nos contigerit in poſterum vel uxo-

rem

rem noſtram impoſterum reſidere ibidem, tantummodo a ſacerdote, qui fuerit de conſortio fratrum eandem Eccleſiam inofficiari. Ut autem talis collatio perpetuam habeat firmitatem, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine roboratam predictis fratribus aſſignauimus: huius rei teſtibus exiſtentibus & ſubnotatis Domino *Chunr. de Horbach*, *Alberone dicto Waller. Hartlibo & Altmanno de Winzer*, *Heinr. Allenchouer*, *Ottone Rege*, *Alberto de Fuert*, *Ruperto de Perndorf*, *Chunrado*, *& Leopoldo fratribus de Ekkcharting*, *Ortolfo de Weng*, *Friderico de Walchſing*, *Ottone de Luterbach*, *Helmwico de Fürt*, *Friderico Rabern*, *Ottone Tuſchel*, *Eberhardo fratre ſuo*, *Henrico de Gamhartſtorff*, *Leopoldo de Heſte*, *Dietrico de Willing*, *Bernhardo de Perndorff*, *Tyrolfo coquinario*, *Alberto & Friderico de Ranuels*, & aliis quam pluribus. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis M. CC. LIX. III. Kal. Decembris Indictione III.

N. LXII. Donatio Eccleſiæ in Mulhaim. An. 1259.

Nos *ALBERTUS DE HALS*. Uniuerſis preſentem literam inſpecturis vel audituris ſalutem in Domino. Acta mortalium procedente tempore obliuionis incurrerent detrimentum, niſi ſubueniretur eis ſtudio literarum. Hinc eſt quod nos Eccleſiam noſtram in *Mulheim* ſitam, quam Dominus *Albertus dictus Vzo* a patre noſtro & a nobis in beneficio habet per vite ſue tempora poſſidendam, ipſo *Alberto* viam uniuerſe carnis ingrediente, tradidimus in proprietatem fratribus in *Oſterhouen*, perpetuo poſſidendam, ſuper premiſſis preſentem literam fratribus prefatis aſſignantes. Datum Anno Domini MCCLVIIII. III. Kal. Decembris, Indictione tertia. Coram his teſti-

ſtibus ſubnotatis. *Chunrado de Horbach. Chunrado de Porce. Hartlibo & Altmanno de Winzer. Alberto de Vurt. Ottone Rege. Chunrado & Livpoldo de Eckhärting. Ortolfo de Wenge. Friderico de Emerzchoven Friderico de Walxign. Dietrico de Willing.* & aliis quam pluribus teſtibus Ydoneis;

Sigillum N. 4. Tab. Oſterhoven.

N. LXIII. Remedium Domini de Hals. An. 1262.

Nos *Albertus dictus de Hals* tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum inſpecturis vel audituris ſalutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam, rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & ſic quandoque litigioſa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id in preſenti negotio eueniat, placuit ipſam literam apicibus perpetue memorie commendare. Hinc eſt quod nos ad memoriam reducentes Eccleſiam *Oſterhouenſem* jure aduocatie nobis attinentem tum per nos, tum pie memorie patrem noſtrum *Alramum de Hals*, indebitis exactionibus damnificatam; tandem ſuper hoc diuino timore & amore concepto, aliquandam dicte Eccleſie cupientes facere ſatisfactionem, ob prefati damni reſtaurationem, & perpetue a Domino mercedis remunerationem, conſilio honeſtorum virorum habito viris religioſis in ſepedicta Eccleſia Oſterhouenſi Deo militantibus tradimus capellam noſtram in *Mulhaim* ſitam cum dotibus eidem Capelle attinentibus, ſcilicet in *Mulhaim* Hubam, in *Wiſſenſing* Hubam, in *Winchlorn* dimidiam Hubam, in *Walchkſing* feudum, quinquaginta ſoluens denarios, ſuper principale S. Margarethe virginis altare ſolemniter delegantes, Ratum habentes, ut ſi nos contigerit impoſterum vel uxorem noſtram

ibi-

ibidem refidere eandem capellam tantummodo a facerdote, qui fuerit de eorundem confortio, inueftiri. Ut autem talis noftra collatio perpetuam habeat firmitatem, prefentem paginam predictis fratribus figilli noftri munimine affignauimus roboratam. Huius rei teftibus exiftentibus & fubnotatis, Dn. *Chunr.* nobili de *Horbach*, *Alberone dicto Waller*, *Hartlibo & Altmanno fratribus de Wintzer*, *Henr. Alnchouer*, *Ottone Rege*, *Alberto de furt*, *Ruperto de Perndorf*, *Chunr. & Leopoldo de Ekkarting*, *Ortolfo de Weng*, *Friderico de Emtzchouen*, *Alberto Oeder*, *Ottone de Lauterbach*, *Helwico de furt*, *Friderico Rabner*, *Ottone Tufchel*, *Eberhardo fratre fuo*, *Heinrico de Gainhartftorff*, *Leopoldo de Heft Dietrico de Willing*, *Bernardo de Pirndorff*, *Tyrolfo Ofterhouen coquinario*, *Alberto & Friderico de Ramuels*, & aliis quam pluribus. Acta funt hec anno Domini MCCLXII. V. Idus Augufti Indictione. V.

N. LXIV. Decifio Litis in curia Amelftorf. An. 1262.

Cum ea, que a mortalibus aguntur, memoria ipforum frequentibus elabantur, neceffe eft, fcripturarum teftimonio commendare. Nos igitur *Albertus de Hals* per prefens fcriptum tam prefentibus innotefcimus quam futuris controuerfiam, que fuit inter venerabilem Prepofitum & Conuentum in *Ofterhouen* ex una parte, & *Albertum inclufum & Eckhardum de Anwaltftorff* ex altera parte pro curia in *Anwaltftorff* fita, confentientibus partibus ad arbitros ipfarum partium, fcilicet *Ortolfo de Weng*, *Chunrado de Ekkarting*, *Alberto de fuert*, *Ruperto de Pirndorff*, nobis affeffore exiftente fore taliter decifam, ut prefatus Conuentus eisdem *Alberto incluso*

& Ekhardo de Anwaltſtorff ſex libras den. perſoluerent quod & fecerunt, & predicta Curia in eiuſdem Ecclefie uſum perpetualiter cum adjacente pomario, & triginta den. qui ſingulis annis ipſi *E. de Anwaltſtorff* pro jure ſoluebantur aduocatie cederet & proprietate. Vt autem deciſio, & abdicatio curie eiuſdem coram altari S. Margarethe ab utroque ſcilicet *Al. incluſo & E. de Anwaltſtorff* facta firma permaneant, hanc literam cum ſubannotatis Teſtibus, *Alberto de Hals*, *Ortolfo de Weng*, *Chunrado de Ekkarting*, *Alberto de Fuert*, *Ruperto de Prindorff*, *Helwico de fuert*, *Alberto de Chloſner*, *Eckkhardo de Anwaltſtorff*, *Alberto & Henrico Fratribus de Rannuels*, *Henrico de Gainhartſtorf*, *Erwino Otakchero*, *Perchtoldo de Steten*, *Chunr. de Walchſing*, *Ludwico de Aitenpach*, *Dietmaro Henrico de Lintzing*, *Dietmaro de Holtzheim*, *Ottone Dietrico de Weſterbach*, *Henrico Annger*, *Geiſelhero Friderico Stuinpfeil*, *Henrico de Aitenpach*, *Dietrico de Willing*, *Henrico Chregel*, *Wernhardo de Weſterbach. Heinr. de Cell. Heinrico de Greuendorf*, *Wernhero*, *Pellifice*, *Alberto Wunderdahs*, *Alberto Henrico & Wilhalmo Engelperto* ſeruis eiuſdem Eccleſie, & aliis quam pluribus, eidem Oſterhouenſi Eccleſie Sigilli noſtri charactere tradidimus communitam. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXII.

N. LXV. Notificatio Domini Praemonſt. Abbat. Epiſcopo Patau. de Parochia Oſterhouen. An. 1262.

Reuerendo Patri & Chariſſimo Domino in Chriſto, Dei gratia Ven. Patau. Epiſcopo *Johannes* eiusdem patientia *Premonſtratenſis* Abbas, & eiuſdem ordinis abbatum Capitulum

lum generale, salutem, & cum deuotis orationibus paratam ad beneplacita voluntatem cum omni reuerentia & honore. Cum Ecclesia *Osterhouen* vestre dioceseos aliquas parochiales ecclesias habeat in vestra diocesi, constitutas, in quibus Ecclesiis deseruierunt Canonici Ecclesie de Osterhouen per longum tempus pacifice & quiete. Paternitati vestre attentius supplicamus intuitu Dei, & orationum totius ordinis respectu sustinere velitis, quod predicti Canonici dictas Ecclesias parochiales teneant, sicut fecerunt hactenus, & ministrent in ipsis, cum istud iniuriosum non sit vobis, maxime cum ordini nostro per priuilegium sit indultum, quod fratres eiusdem ordinis possint deseruire parochialibus Ecclesiis, quarum jus patronatus ad Ecclesias suas pertinet, in quibus Ecclesiis licitum est per Canonicos nostri ordinis deseruiri. Datum Praemonst. in Capitulo generali, anno Domini MCCLXII.

N. LXVI. Litera ad Episcopum Patau. de presentatione Plebani in Osterhouen. An. 1263.

Reuerendo in Christo Patri ac Domino, O. Dei gratia Patau. Episcopo I. eiusdem patientia Premonstraten. Abbas, & eiusdem ordinis, abbatum capitulum generale salutem & orationes in Domino. Nouerit vestra veneranda paternitas in Ecclesia Premonstratensi quoddam priuilegium apostolicum ordini nostro indultum haberi. „ *Clemens* Episcopus seruus seruo„ rum Dei &c. „ In quo etiam priuilegio sequens clausula continetur in hec verba. „ In parochialibus etiam Ecclesiis, „ quas habetis, liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis ve„ stris seu minus ponere, quorum unum diocesano Episcopo

 „ pre-

„ presentetis, qui ei de spriritualibus, vobis autem de tempo-
„ ralibus & de ordinis obseruantia debeat respondere. Si qua
„ igitur &c.„ Nos autem vobis humiliter supplicamus, quatenus ob amorem Dei & ordinis reuerentiam illum de Canonicis Ecclesie Osterhouensis quem Abbas & Conuentus eiusdem loci ad Curam ipsius parochie duxerint presentandum, benigne & liberaliter admittatis secundum formam priuilegii supradicti. Valeat bene & diu vestra Paternitas reuerenda. Datum Premonstrati. in Capitulo generali, anno Domini MCCLXIII.

N. LXVII. Relaxatio Juris Ciuilis in Mulpeunt & Molendino. An. 1263.

Notum fiat inspectoribus presentium uniuersis, quod ego *Ortlibus de Winckel* Ecclesie in *Osterhouen* redditus LX. den. quos de molendino ad eandem Ecclesiam pertinente in *Chrems* sito, exspectabam juris ciuilis titulo annuatim pro anime mee remedio accedente omnium heredum meorum spontanea voluntate delegaui perpetuo hac spe ductus, quod ratione delegationis pretaxate non solum inter eorum benefactores me ascribi faciant, imo in Curia eorum *Chrems*, quoties in eadem me contigerit pernoctare, ad aptationem lignorum ac etiam Lectisterniorum commodum mihi ordinent & disponant. Ut autem facta per me delegatio prenotata in euum permaneat inconuulsa, presens instrumentum appensione sigilli mei in robur & testimonium euidens est munitum, Testibus annotatis, quorum nomina D. *Irnfridus* Canonicus Patau. Decanus Chremens. D. *Rapoto*, Dominus *Hermannus*, *Chunr.* Pri-

Prior, *Sifridus*, *Rudolfus Raechio*, *Volckmarus* Fratres Ecclesie prenotate, frater *Chunr.* procurator in Chrems, *Chunr.* Notarius Decani Chremensis, Dominus *Rapoto de Valchenberch*, *Wernhardus*, *Ratoldus Ludwicus de Winckel*, *Gozzo judex in Chrems*, *Walchunus Wurko*, *Izaizmannus Herwicus*, *Chunradus de Haedrestorff*, *Pilgrimus in foro ciues Chremen.* Acta sunt hec *Chrems* anno Incarnationis Verbi MCCLXIII IV. Non. Octobris, presidente Ecclesie in *Osterhouen* venerabili preposito *Alberto* Domini Ottonis Episcopi venerabilis Anno IV.

N. LXVIII. De quadam Vinea in Chrems. Anno incerto.

Nos Capitulum Patau. Ecclesie per presens scriptum notum facimus Uniuersis tam presentibus quam futuris, quod fratres de *Osterhouen* habuerunt vineam incultam in monte qui dicitur *Pfaffenberg.* Vineam illam *Otto inclusus* suscepit excolendam in remissionem peccatorum suorum, tali tamen interposita conditione, quod unam urnam vini eo vivente claustro prefato singulis annis persoluere non omittat vinea de eadem. Preterea predictus *Otto* habuit vineam vinee fratrum predictorum contiguam, quam prefatis fratribus de Osterhouen post diem obitus sui tradidit diuine remunerationis intuitu, ut in festo S. Oswaldi, ipsius & uxoris sue *Irngardis* memoria annis singulis celebretur de predictarum fructibus vinearum. Ut autem testamentum illud ratum sit, & predicti fratres securi esse possint a suorum impulsatione amicorum, D. *Engelschalcus judex Henr. Goltstain*, *Chunr. Setzer* ciuis Pataujensis predictis fratribus de Osterhouen pro *Ottone incluso* fidejusserunt,

In cuius rei teſtimonium preſentem paginam tam noſtra quam predictorum fratrum de Oſterhouen, ſigillis fecimus roborari.

N. LXIX. De Redditibus Infirmariae. An. 1267.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Patris, & filii & ſpiritus ſancti Amen. Quia propter infirmam hominum memoriam rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & ſic quandoque vel totaliter pereunt, vel litigioſa fiunt, ne id in preſenti negotio contingat, placuit ipſum literarum apicibus perpetue memorie commendare. Nos igitur *Chunradus Dei gratia Oſterhouenſis* Eccleſie humilis Prepoſitus, & eiuſdem loci conuentus, notum eſſe cupimus tam preſentis etatis, quam ſucceſſure poſteritatis omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Deo deuotus ſacerdos, Dominus *Reinoldus plebanus in Regen* dilectus ac fidelis Eccleſie noſtre amicus pie deuotionis affectu nouiſſima ſua miſericordie operibus preuenire cupiens ſecundum dominicam ammonitionem: *Eſtote miſericordes*: & illud *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*: Duas vineas noſtras *Wartperch* & *Windleiten* penitus incultas & dirutas tali conditione ſibi aſciuit recuperandas, ut temporibus ſuis illarum vinearum prouentu potiatur, nil inde perſoluens, niſi quod ſibi Dominus inſpirauerit: ipſo autem rebus humanis excedente ad infirmariam domus noſtre, quam de nouo inſtituimus, predicte vinee pleno jure, quo ipſe tenuit, deuoluantur. Preterea aſſignauit nobis XXVIII. lib. monete Ratiſponen. pro comparando predio quod poſſit annuatim ſoluere duas libras, quarum ſibi dimidia pars, videlicet una libra cedat, ad infirmariam vero reliqua pertineat,

neat, poſt obitum vero ipſius predicti redditus ad domum infirmorum plenarie pertinebunt. Nihilominus autem ut eadem domus neceſſitatibus fratrum debilium commode valeat conſtrui, quinque libras nobis obtulit, petens, ut, quicquid deliquerit, miſericordie operibus expietur. Ceterum perpendens illud, dum creſcunt dona, creſcit ſimul ipſa corona: duas libras addidit pro comparandis IV. vaccis in caſeis & lacte infirmis & minutis fratribus profuturis. Nos igitur cum deſideriis ſuis non poſſemus ad preſens in comparando predio ſatisfacere, curiam noſtram in *Oxigen* a predeceſſoribus noſtris emptam loco prefati predii tantundem ſoluentem aſſignamus eidem, donec Deo volente aliud emere valeamus. Attendentes vero tantis redditibus eandem domum difficulter poſſe ſubſiſtere, compaſſione nature inducti, & promiſſe nobis patrie cupientes gloriam conſequi, de conniuentia fratrum noſtrorum communi conſilio de redditibus clauſtri ordinauimus atque ſtatuimus per nos & ſucceſſores noſtros ſingulis annis dari ad eandem domum *XII. porcos valentes tria talenta*, vel eosdem den. & omnem decimationem carnium, tam intrinſecus quam extrinſecus totius noſtre parochie infirmis fratribus ac minutis, ſecundum diſcretionem Prelati eiuſdem domus prouiſoris, ſalua ordinis forma ſtatutis temporibus miſericorditer profuturam. Ad inſtantiam vero predicti Domini *Reinoldi*, *frater ſuus Dominus Berchtoldus de Perndorf* pro remedio anime ſue dedit ad eandem domum quoddam predium in *Chrieſtorf*, quod ſoluit annuatim dim. Lib. & xenia, & Domina *de Horbach* ordinauit decimam in *Reiſpach*, quam nobis *maritus eius Dominus Chunradus* teſtatus eſt dari predicte domui mod. tritici cenſualem, & altilia de eadem curia profutura. Ne quis igitur

tur ſucceſſorum noſtrorum hanc noſtram ordinationem, piam que prefati viri eleemoſynam ullo modo audeat violare, ſub interminatione extremi judicii inhibemus, adjungentes ut de preſcriptis redditibus anniuerſarius patris ſui, & ſuus ſingulis annis, quanto honeſtius cum dim. Lib. poterit, celebretur. Ut autem talis noſtra ordinatio, & ſepedicti viri procuratio firma & inconuulſa perpetuis temporibus conſeruetur, preſens ſcriptum exinde confectum ſigillis talibus: videlicet Domini Abbatis de *Wimberg*, & patris abbatis domus noſtre Praelati de *Vrſperg*. nec non & noſtro, & Capituli noſtri, ac ipſius plebani de *Regen* juſſimus roborari. Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominice MCCLXVII. XII. Kal. May. Indictione XI.

N. LXX. Arbitrium inter Altahenſe, & Oſterhouenſe Monaſteria An. 1269.

Per preſens ſcriptum pateat Uniuerſis, quod cum homines ville de *Munichdorf* ex una parte, & homines ville de *Wizzenſing* ex altera, ſemper in tertio anno tunc videlicet, quando campi utriusque ville ſibi oppoſiti ſine ſemine jacent, quod vulgo dicitur *Trat*, diuerſa jurgia fierent, aſſerentibus hominibus de *Munichdorf*, quod pratum interiacens illis campis tunc deberet ad eorum paſcua pertinere: Illis vero hominibus de *Wizzenſing* aſſerentibus, quod ipſi tunc ſicut in prioribus duobus annis deberent ipſum pratum ab omnibus paſcuis cuſtoditum falcare. Tandem nos *Hermannus abbas in Altach*, & *Chunradus Prepoſitus in Oſterhouen*, cum conſenſu venerabilis Abbatiſſe de *Obernmynſter* per literas Eius porrecto, ac etiam nobilis vir *de Hals*, bonorum utriusque Monaſterii in

illis

illis partibus aduocatus, cum multitudine proborum hominum, in prato conuenimus memorato, & per arbitrum in ſedecim perſonas ex utraque parte compromiſſum concordauimus tali modo, ut tunc, hoc eſt, in quolibet tertio anno immediate illius prati quedam pars eius tunc foſſis & lapidibus terminate diſtincta ſingulis annis cuſtodiri debeat & falcari: illa vero pars prati que abinde verſus occidentem extenditur, & illa que a predicto limite vergit ad orientem, tunc quando ſicut predictum eſt, ager utriuſque ville ſine cultura jacet, ad ambarum villarum paſcua debeat pertinere. Hoc excepto vel ſuperaddito, ut quando quedam pars agrorum de Winzzenſing verſus occidentem jacuerit cum cultura, tunc illi homines de Munichdorf ultra ſtratam publicam cum ſuis pecoribus paſcua non requirent. Et ne prefati homines de Munichdorf, & de Wizzenſing ad Eccleſias *Altach*, *Oſterhouen* & *ſuperius Monaſterium* pertinentes, ſupra dictam diffinitionem ſiue compoſitionem excedere vel irritate preſumant, ſigilla predictorum Dominorum videlicet H. Abbatis de Altach & Chunr. Prepoſiti de Oſterhouen, & Abbatiſſe ſuperioris Monaſterii Rat. ac etiam Domini *Alberti nobilis de Hals* ad robur & teſtimonium omnium predictorum huic pagine ſunt appenſa, quorundam nihilominus Teſtium nominibus ſubnotatis: Teſtes *Altmannus de Wintzer*, *Hugo de Rotenmann judex* tunc, *Henr. de Heiming*, *Henr. Gaeuman. Rudigerus judex de Oſterhouen. Ulr. & Gotpoldus de Otmaring*, *Henr. de Oetling*, *Leopoldus. Alhard. & Paltwinus de Aeming. Wernhardus de Sähſing*, *Henricus de Auerbach*, *Eberhardus de Mulhaim. Chunradus Officialis de Puehouen*, *Egno villicus de Monichdorf*, & alii multi. Actum in Vigilia S. Margarethe, anno Domini MCCLXIX. Amen.

N. LXXI. Precarium Hubae in Winkchel. An. 1270.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentibus pateat, quod quidam Colonus Eccleſie Oſterhouen. Hubam quandam eiuſdem Eccleſie dictam in *Winkchel* quam hereditario jure ab Eccleſia poſſederat irrequiſito & inconſulto conuentu Domino *Rapotoni de Ezzenbach* vendidit, quam ille ſubter eodem jure liberis ſuis reliquit, & ipſi eandem hubam cuidam *Ulrico* dicto *de Running* in feudo contulerunt. Verum cum Colonus Eccleſie hubam prefatam, nec vendere nec alienare potuiſſet ab Eccleſia, predicte Eccleſie rectores tamdiu ipſos coram *judicio ſeculari* conuenerunt, donec teſtibus idoneis comprobauerunt, quod prefatus *Ulricus* & dominus *Alberto de Ezzenbach* quem collatorem ſui feudi memorabat, nihil juris in eadem huba haberent, ſed quadam violentia poſſederunt. Poſtmodum vero dominus *Rapoto* predictam Eccleſiam ſuper eadem huba impetiuit, ſed mediante conſilio domini *de Hals* & aliorum honeſtorum virorum, hac conditione predictam cauſam terminarunt, ut datis XII. ſolidis prefato *Ulrico*, dominus *Rapoto* unacum heredibus ſuis & *Ulr.* cum heredibns ſuis omni juri, quod in eadem Huba ſe fatebantur habere, penitus renunciarent, quod & fecerunt preſentibus domino *de Hals*, & domino *Al. de Rotavve*, & ſigillorum ſuorum munimine roborantibus abrenuntiationem ſuperius memoratam. Ne autem in poſterum ſuper predicta cauſa Eccleſie Oſterhouenſi aliquod ſcrupulum dubietatis oriarur, preſens ſcriptum ſigillis domini *de Hals* & domini R. *de Ezzenbach*, & domini *Al. de Rotavve* munitum eidem eſt Eccleſie aſſignatum. Teſtes *Fridericus de Eglolfsheim*, *Leupoldus de Ekharting*, *Hilprandus judex de*

Griez-

Griezpach, *Chunr. de Poppenperg*, *Wernherus Pincerna*, *Frid. de Sigeuheim*, *Rugerus Wetzel* & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini M. CC. LXX. Idus Septemb. Indictione XIV.

N. LXXII. Donatio Curiae in Amelſtorf. An. 1276.

Ne rerum geſtarum labatur memoria, inuenta ſunt remedia ſcripturarum, que conſueuerunt fragilitatem humani generis eternare. Hinc eſt quod nos *Berchtoldus* Dei gratia Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopus ad notitiam tam futurorum quam preſentium peruenire cupimus, quod dilectus fidelis noſter *Ekhardus de Amelſtorf* curiam ſitam in *Amelſtorf*, quam a nobis & a noſtra Eccleſia in feudo habuit, preſentibus viris honorabilibus & fide dignis videlicet *Conſanguineo noſtro Alberto de Hals*, *Alberto incluſo*, *Ortolfo de Wenge*, recognoſcens ius Prepoſiti *Dietpoldi* venerabilis & conuentus in *Oſterhouen*, & quod ultra jurium calculum, ſuper proceſſione eiusdem Chunr. VIII. Lib. denar. Ratiſpon. idem Prepoſitus dederit recurrens ad propriam conſcientiam libere & voluntarie pro ſuis peccaminibus, ſuper aram S. Margarethe in Oſterhouen, ſine doli ſcrupulo reſignauit, quam reſignationem diligentiſſime approbabimus indagantes veritatis experientia ita eſſe. & ob hoc eandem curiam in *Amelſtorf* Prepoſito *Ghunrado* venerab. in Oſterhouen & conuentui ibidem contulimus reſignationem prelibatam noſtri ſigilli robore confirmantes. Et ut hec inconuulſa permaneant atque rata, preſentibus Literis teſtes idoneos duximus inſerendos. Qui ſunt *Emecho* Decanus Eccleſie Babenbergen. *Joannes* Decanus de Muchel Scholaſticus ibidem *Fridericus de Weitzmen*. *Frid. Cuſtos* Eccleſie S. Ja-

Jacobi in Babenberg, *Wernhardus* nostre curie capellani & nobilis *Rupertus de Hertenstein*, *Vollandus de Wissentoite*, *Berchtoldus de Wkenperge*, *Chunr.* *Chrumlimus Ulricus dapifer noster de Weiuenstorf*, *Brumuardus de Babenberg*, & alii quam plures. Datum apud *Nideraltach*, Anno Domini M. CC LXXVI. in die beati Remigii.

N. LXXIII. Quod nobis liceat nostras Ecclesias Parochiales inofficiare. An. 1284.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, *Milo* miseratione diuina *Suessionensis* Ecclesie minister humilis salutem in Domino. Nouerint Uniuersi, quod nos anno Domini Millesimo. ducentesimo. octogesimo. quarto. die mercurii post festum beati Dyonisii in quodam priuilegio, quod sic incipit. „ *Clemens* Episcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filiis *Hugoni* „ Abbati Premonstratensis Ecclesie eiusque fratribus tam pre- „ sentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetu- „ um. Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit „ adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut „ eos a proposito renocet, aut robur, quod absit sacre reli- „ gionis infringat. „ *& infra. & sic terminatur.* „ Datum La- „ terani per manum Moysi S. Romane Ecclesie Subdiaconi, vi- „ cem agentis Cancellarii Kal. Aprilis Indictione VI. Incarnatio- „ nis Dominice, Anno Millesimo Centesimo Octogesimo Octa- „ uo. pontificatus vero Domini Clementis pape tercii anno „ primo. „ Vidimus inter cetera quandam Clausulam conti- „ neri, quam de verbo ad verbum legimus, & diligenter inspeximus, cuius siquidem Clausule tenor sequitur sub hac forma.

ma. „ In parochialibus autem Ecclesiis, quas habetis, liceat
„ vobis quatuor vel tres de Canonicis vestris ponere, quorum
„ vnum diocesano Episcopo presentetis, qui ei de Spirituali-
„ bus, vobis autem de temporalibus, & Ordinis Obseruancia
„ debeat respondere. „

Originale.

N. LXXIV. Quod Monasterio Liceat suas Ecclesias Parochiales inofficiare, & indignos reuocare An. 1284.

Uniuersis presentes literas inspecturis. *Milo* miseratione diuine Suession. Ecclesie minister humil. Salutem in Domino. Nouerint uniuersi quod nos anno Domini MCCLXXXIV. die Mercurii post festum beati Dyonisii Literas infra scriptas vidimus, & diligenter de verbo ad verbum inspeximus, tenorem, qui sequitur, continentes. „ *Alexander* Episcopus ser-
„ uus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus, Archiepiscopis
„ & Episcopis, ad quos litere iste peruenerint, salutem & apo-
„ stolicam benedictionem, dilecti filii Abbas Premonstraten-
„ sis & alii Abbates sui ordinis coram nobis exponere cura-
„ runt, quod cum canonici eiusdem ordinis commorantes in
„ parochialibus Ecclesiis ad ipsos spectantibus aliquo casu de-
„ linquunt, ita quod expediret eos ad Claustrum suum recep-
„ turos disciplinam ordinis reuocari. Quidam vestrum indig-
„ num fauorem impendentes eisdem, ipsos retinere conantur
„ in locis, in quibus nequeunt absque scandalo & Ecclesiarum
„ ipsarum dispendio commorari. Ad hec cum in eorum ali-

„ quos propter suos excessus excommunicationis sententiam „ promulgatis, relaxare non vultis eandem nisi pena pecu- „ niaria precedente. Ideoque Uniuersitatem vestram ad in- „ star bone memorie H. PP. predecessoris nostri rogandam „ duximus & monendam per apostolica vobis scripta mandan- „ tes, quatenus cum dicti Abbates tales ad Claustrum prop- „ ter scandalum, & Ecclesiarum dispendium euitandum, seu „ etiam pro disciplina monastica circa delinquentes huiusmodi „ exercenda duxerint reuocandos non obsistatis eidem, nec „ illis fauorem indebitum impendatis, sed instituentes prout „ ad vos pertinet, in ipsis Ecclesiis alios vobis presentatos ab „ ipsis delinquentes reuocari, ad claustrum Libere permitta- „ tis disciplinam ordinis recepturos ne aliter faciendo tribua- „ tis eis audaciam detrectandi obedientie iugum, & ipsorum „ Abbatum potestatem quodammodo minuatis. Illud autem „ districtius inhibemus, ne pro relaxandis excommunicationis „ sententiis promulgatis in ipsos, penam pecuniariam exiga- „ tis, cum nec habeant proprium, nec illorum culpa debeat „ in Ecclesie dispendium redundare. Datum *Agnanie* IV. Non. „ Nouembris Pontificatus nostri anno II. „

N. LXXV. Apocha solutæ Dicimæ Papalis. An. 1284.

Quia presentis etatis negotia consumit obliuio, nisi fidelis scripture testimonio roborentur. Ego igitur *Reinhardus plebanus Ecclesie S. Pauli in Pataula Collector decime* a Domino Legato sedis apostolice substitutus profiteor omnibus presentem literam inspecturis, quod venerabilis Prepositus de *Osterhouen* de redditibus & prouent. computatis omnibus sue

Eccle-

Ecclesie totam decimam, videlicet *LX. Lib. Ratispon. den.* & *V. Lib. Wien.* mihi sub juramento persoluit. In Cuius rei testimonium & certitudinem firmiorem presentem dedi schedulam, mei sigilli munimine roboratam. Datum *Pataule* Anno Domini MCCLXXXIV. XV. Kal. Augusti.

N. LXXVI. Emtio Curiæ in Posching pro annuo Censu. An. 1284.

Notum sit omnibus presentem literam inspecturis, quod ego *Evverbinus Ederstorfarius*, mihi & meis posteris per XXIII. Lib. den. Ratispon. apud Dominos meos de *Osterhouen* curiam in *Posching* sub scripta conditione jure hereditario comparaui, videlicet ut ipsis annis singulis in festo S. Margarethe XXXVI. Dn. pro censu soluere, vel saltem infra octauam sequentem nullatenus contraditam, quod si fecerim in duplo dictis dominis me profiteor obligatum, hoc adjecto, quod si eandem curiam vendere decreuerim, primo ipsos Dominos meos de Osterhouen requirere me promisi, si autem emptionem conducere recusauerint, cuicunque voluero vendere, vel obligare potero curiam prenotatam. In Cuius rei testimonium presentem literam mei ac dilecti mei amici *Hugonis de Yserhouen* duxi sigillorum prouidentia insigniri. Actum Anno Domini MCCLXXXIV.

N. LXXVII. Precarium in der Avve iuxta Champ. An. 1286.

Nos *Albero* diuina miseratione Ecclesie in *Osterhouen Prepositus* & conuentus ibidem scire cupimus inspectores presen-

ſentium Uniuerſos, quod nos Domine *Eliſabeth Pueslinen cognomine in Oezendorff* reſidenti, & qnamquam prius eiuſdem duobus *Filiis* Hadmaro videlicet, & *Hagnoni*, & tribus *filiabus Eliſabeth, Caecilie, & Sophie*, noſtrum agrum, idem qui *Avve* dicitur, cum ſuis attinentiis ad dies earundem ſex perſonarum in omnem euentum locauimus ſub hac forma, ut in die B. Cholomanni nobis duos mod. unum Sil. & unum avene in Curiam noſtram in *Chremſa* ſine omni labore noſtro annis ſingulis inde ſoluant, conditionibus his adiectis, quod ſi tale ſeruitium duorum modiorum aliquo anno perſoluere nobis auſu temerario in die neglexerint memorato, ex tunc predictus ager in noſtram poteſtatem libere reuertetur. Si vero tale ſeruitium non temere, ſed impedimento legitimo nobis dare neglexerint ſuo die, ab illis talis negligentia noſtro gratioſo arbitrio relinquetur: & ut talis locatio robur obtineat firmitatis ſuper ea, prememoratis ſex perſonis formauimus preſens ſcriptum, ſigillorum noſtrorum robore communitum. Cum teſtibus preſentibus idoneis & diſcretis, quorum nomina ſunt D. Wilhalmus &c. Datum in *Chremſa*, anno Domini MCCLXXXVI. In die Undecim millium Virginum.

N. LXXVIII. De Vigiliis & Miſſis in Capitulo An. 1287.

Quoniam per varios rerum tumultus emergentes multa ab humana labuntur memoria, neceſſe eſt ea, que ad poſteros volumus emanare, ſcripture teſtimonio ſolidare. Nos igitur *Albertus Comes de Hals* cupimus patefieri Uniuerſis preſentem paginam inſpecturis, quod cum Domino *Ulrico* venerabili Prepoſito Eccleſie *Oſterhouen*. de conſenſu & bona voluntate

tate fratrum eiusdem loci felicem tractatum cooperante spiritu consilii pro eodem commodo, & ob salutem & remedium anime nostre omniumque parentum nostrorum tam succedentium, quam & eorum, qui feliciter decesserunt, taliter cum ipsis contraximus, illud Euangelii attendentes: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ut singulis annis nobis viuentibus una dierum, quam ad hoc elegerimus, sex Scaffia Landavvensium mensure siue frumenti siue alterius annone de qua eodem anno dicti fratres sustententur, & porcos sex, quemlibet valentem Dn. LX. distribuere pauperibus non omittant, & quicquid de dicta Eleemosyna residuum extiterit, ibidem ad hospitalis domum deportetur, quod ex hoc Pauperum indigentia valeat recreari. Fratrum vero consortio altera dimidia carrath vini cum alleciis & ouis cedet singulis annis de suis possessionibus tempore subnotato. Qualibet enim septimana una dierum, quam ipsi ad hoc elegerint, circa vesperam vigilie defunctorum ad sanctum spiritum & sequenti die Missa pro defunctis illic per conuentus presentiam persoluentur, nisi magne festiuitates, ut sunt hebdomade Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, atque festum Pentecostes id ipsum interceperint. Quo facto eodem die fratribus dimidia urna vini administrabitur, & oua duo cuilibet fratri cum quotidiana prebenda, que ex hac collatione nullatenus minuetur. In quadragesima singulis diebus ad Sanctum spiritum conuentus mortuorum vesperas decantabit, cui scilicet conuentui quolibet die per totam Quadragesimam dimidia urna vini, & unum allec cuilibet fratri administrabitur cum quotidiana prebenda, que ex hoc detrimentum minime patietur, memoratam enim Eleemosynam hoc anno & duobus sequentibus, ex parte

prout melius potuerint, & in quarto anno ac deinceps ſingulis annis perpetuo, ſicut prelibauimus, plenarie & fideliter perſoluere non ceſſabunt. Quapropter prefatis fratribus in recompenſationem ſepedictae Eleemoſyne duas vineas in Auſtria ſitas, unam in *Aeunburch*, reliquam in *Chrems* cum omnibus pertinentijs ſuis requiſitis & irrequiſitis de noſtra proprietate juſta contulimus poſſidendas, ipſas ſuper aram S. Margarethe Virginis & Martyris publice delegando. Inſuper ſecundum quod ius proprietatis ſuper tali collatione expoſtulat, a feſto S. Michaelis proxime venturo per anni circulum, & tota die ſequenti, ſi quas impetitiones a quibuscunque hominibus pro dictis vineis paſſi fuerint, pro eis certiſſime erimus reſponſuri. Ceterum dicta eleemoſyna in noſtre depoſitionis die, que anniuerſarius noſter erit, pro noſtri remedio & omnium parentum noſtrorum, & eorum, qui ſuis beneficiis ſe predictae eleemoſyne implicauerint, diſtribuetur eternaliter ipſo die, in quo & Conuentus ſicut ſolitum eſt in ſolemnibus anniuerſariis, albo pane, vino, piſcibus & ouis conſolari debetur. Preterea, ut ſupradicte Eleemoſyne conſolatio rata ſempiternaliter habeatur, compromiſimus ex utraque parte quod quamcunque viam venerabilis Epiſcopus Patau. Eccleſie ſuper eo inuenerit, a nobis & poſteris noſtris firmiter obſeruari. Ut autem hec collatio felicis propoſiti noſtri firma maneat & integra, & ne alicuius temeraria preſumptio eiusdem collationi valeat obuiare, preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine duximus communire. Huius vero tractatus Teſtes ſunt *Rechwinus Prior*, frater *Henricus infirmarius*, frater *Ulricus Cantor*, Frater *Grimoldus* ſacerdotes, *Heinricus* Suprior, Frater *Walchunus plebanus*, Frater *Ulricus Suevus*, Frater *Chunradus*, Frater *Fride-*

dericus, Frater *Herwicus*, Frater *Eberhardus* Subdiaconi. Milites autem ſunt hi. *Herm.* & *Meingotus dicti Yſel*, *Eberhardus* & *Otto Fratres de Deſenheim*, *Otto Rex*, *Leutpoldus de Ekkcharting*, *Tyrolfus Officialis de Oſterhouen. Heinricus de Aemingen.* Item de Familia *Domini de Hals*, *Fridericus deEglofshaim*, *Godfridus Judex*, *Albertus* & *Ulricus fratres de Fuert*, *Chunradus de Ekkcharting*, *Chunr. de Fronſtet*, *Reinoldus de Perndorf*, *Eberhardus de Prukperch*, *Eberhardus Prepoſitus de Gottinsdorf*, *Heinr.* & *Fridericus fratres dicti de Herantſtorff*, *Heinr. Celler*, *Gutmannus*, *Gerhohus* & *Albertus fratres de Ranuels*, *Chunr. Tragenreutter*, *Rugerus de Monten*, *Chunradus Notarius*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Incarnationis Dominice MCCLXXXVII. in octaua Aſſumptionis Beate Marie Virginis.

N. LXXIX. Confirmatio Vitalitii An. 1289.

Nos *Wolfkerus* Dei gratia Decanus Eccleſie Patau. tenore preſentium profitemur, quod bone memorie D. *Albertus* quondam *Oſterhouenſis Prepoſitus* de aſſenſu conuentus ſui curiam villicalem in *Prukk*, quam olim *Ortlinus in Nouo foro* dum viueret precarie poſſedit, *filio eiusdem Ortlini Ulrico impletori* & *uxori ſue Mechtildi* recepta ab ipſis certa pecunie quantitate conceſſit iure precario ad vite ipſorum tempora ſub conditionibus infra ſcriptis, videlicet quod ipſi annis ſingulis vite ſue nomine ſeruitii in ſignum dominii & proprietatis titulum in Natiuitate Beate Virginis *X. Sol. Ratiſpon. mon.* perſoluant Eccleſie Oſterhouen. ſublatisque ipſis ab hac vita, dicta curia ad Eccleſiam Oſterhouen. libere reuertatur. Pro-

fitemur etiam, quod Vir honorabilis D. *Ulricus Abbas Ecclesie Osterhouen*: eundem contractum sub premissis conditionibus de assensu sui Conuentus coram nobis similiter confirmauit. Unde ne possit suboriri calumnia rogati a partibus presentes dedimus literas nostro Sigillo munitas. Datum Patauie anno Domini MCCLXXXVIIII. feria V. proxima post Pascha, Amen.

N. LXXX. Venditio Hubæ in Ebring. An. 1289.

Ne longinquitate temporis obscuretur conditio Originis, facta solent hominum scripture testimonio roborari. Idcirco Ego *Herwurgis relicta Domini Henrici de Waldekke* presentibus confiteor & aperte profiteor, quod hubam sitam in *Ebring*, ad me jure proprietatis pertinentem, Domino *Ulrico* venerabili Abbati & conuentui S. Margarethe in *Osterhouen* Patau. Dioeceseos deliberato consilio tradidi & vendidi pro XII. Lib. Ratispon. Dn. quorum solutionem & numerationem mihi confiteor esse factam renuncians non numerate pecunie, doli mali exceptioni & omni defensioni per quam de jure scripto vel non scripto posset supradicta venditio retractari. Processit enim dicte venditionis contractus de voluntate & expresso consensu dilecti *filii mei, Domini Meingoti Canonici Patau. & nepotum meorum*, qui publice iuri, si quod eis in dicta huba videretur competere, quomodolibet cesserunt, & renunciauerunt in totum liberum venditioni mee prebentes assensum. Predictus etiam filius meus dilectus usque ad annum & diem predicto cenobio se auctorem & defensorem dicte hube se constituit contra injuriantes, & quoslibet impugnantes dictam hubam de proprietate vel etiam de aduocatione, cum libera

&

& exempta ab omni aduocationis ſit onere dicta Huba, & nobis pro libera aſſignata. Erit etiam Defenſor prefatus Dominus *Meingotus* contra quoslibet ſuos conſanguineos dictam Hubam quocunque impugnare volentes, damna & intereſſe ſi que emerſerint ob hoc dicto Monaſterio ſoluturus. Eodem modo damna & expenſas, que per extraneos occaſione antedicte hube eidem euenirent, Monaſterio compenſabit. Ad que ſcilicet ad liberum conſenſum huic venditioni, & ad defenſionem per annum & diem faciendam, & ad ſolutionem damnorum per Sigillum ſuum huic appenſum litere de ſua voluntate ſe obligat & adſtringit. Huic etiam contractui bona fide celebrato interfuerunt, frater *Hermanus Gardianus*, Frater *Wernherus Lector minorum fratrum. Henricus Graeslinus ciuis Ratisp. Wilhalmus Liebhardus*, *Fridericus de Oſterhouen*, & alii quam plures. Placuit etiam partibus preſentem literam Sigillorum Magiſtri *Ulrici Decani Ratisponen. Eccleſie*, & fratris *Henrici cuſtodis fratrum minorum per Bauariam* munimine roborari. Acta ſunt hec Ratispone, Anno Domini M.CC.LXXXIX. V. Idus Decembris.

N. LXXXI. Manumiſſio Abbatis Altahens. in duobus Agris. An. 1296.

Nos *Wernhardus* Dei gratia Abbas Altach. omnibus preſens ſcriptum intuentibus cupimus eſſe notum, quod habito conſilio duos agros, quorum proprietas nos reſpexit, donauimus, & dedimus Eccleſie S. Margarethe libere & pacifice poſſidendos, quorum agrorum unus eſt ſitus in campo ville *Hardorf*. Secundus in Campo ville *Munichdorf*, & de illo ſe-

cundo debet fieri memoria *Chunigundis de Mulhaim*, in dicta Ecclesia singulis diebus dominicis & festiuis, nihilominus tamen saluis decimis dictorum agrorum, que nostram respiciunt Ecclesiam, pleno iure. Datum apud *Altaich inferius*, Anno Domini MCCXCVI. secundo Non. Januarii.

N. LXXXII. Concessio Juris Patronatus Ecclesiae in Werzer. An. 1301.

Nos *LEUPOLDUS* Dei gratia Episcopus Babenbergensis recognoscimus fideliter per hec scripta, & ad uniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam deducimus per presentes, quod considerata magne deuocionis sinceritate, qua dilectus nobis in Christo, Dns. *Vlricus* Venr. Abbas, totusque conuentus monasterii in *Osterhouen* Ordinis Premonstraten. Patauien. Dioc. nobis & nostre Ecclesie Babenbergen. in temporalibus subiecti, nos & dictam nostram Ecclesiam gratis & acceptis seruiciis & sumptuosis expensis respiciunt reuerenter, incondigne retribucionis premium seruiciorum, que idem Abbas & conuentus nobis & prefate nostre Ecclesie hactenus exhibuerunt, & exhibere poterunt in futuro, ac in recompensam expensarum, quas circa nos & nostros versus Karinthiam, vel de ipsa terra Karinthie per Bawariam transeuntes, fecerunt & faciunt, liberaliter & benigne ac etiam ut cultus diuini nominis in dicto monasterio eo amplius augeatur, & ut nostrorum predecessorum ac successorum nostrorum animarum perennis memoria in eodem Monasterio perpetuo peragatur, Ecclesiam parochialem in *Wintzer* Patauien. Dioc. cuius ius patro-

tronatus ad nos & ad noſtram Eccleſiam dinoſcitur Legitime pertinere, preſato Monaſterio in *Oſterhouen* accedente conſenſu & libera voluntate totius capituli noſtri donamus, & omne jus, quod nobis & noſtre Eccleſie Babenbergenſi in nominata Eccleſia *Wintzer* competiit uſque modo, in ipſum Monaſterium transferimus per preſentes. Renunciantes ex nunc eidem juri pro nobis & noſtris ſucceſſoribus libere & expreſſe : ita quod dictus Abbas, vel qui pro tempore fuerit, fructus memorate Eccleſie *Wintzer* in ſubſidium prebendarum ſui conuentus pretaxato Monaſterio deinceps valeat applicare. In cuius rei teſtimonium & euidenciam pleniorem, ſigillum noſtrum, ac ſigillum dicti noſtri capituli preſenribns ſunt appenſa. Et nos *Johannes Prepoſitus. Heinricus de Schellenberch vice Decanus*, totumque capitulum Eccleſie Babenbergenſis predicte confitemur conſenſum noſtrum expreſſum & liberum adhibuiſſe donacioni predicte. Appendentes ſigillum noſtrum commune unacum Sigillo reuerendi in Chriſto Patris & Domini noſtri dni. *LEUPOLDI* venerabilis Epiſcopi Babenbergen. hiis literis in teſtimonium ſuper eo. Dat. *Babenberch* Anno Domini Millo CCC. primo. III. Non. Maii.

Originale.

N. LXXXIII. Permutatio Curiæ Porgſteten. An. 1301.

In nomine Domini Amen. Quoniam generatio preterit & generatio aduenit, multis obuiamus incommodis, ſi res geſtas ſcriptis & teſtibus ſucceſſorum notitie obſeruamus. Ea propter nos frater *Henricus* dictus Abbas de Walzbach (*Walterbach*) totusque ibidem conuentus Ciſtertien. Ordinis Ratiſponen. Dioceſ. tam preſentibus quam futuris duximus declaran-

randum, quod cum Ecclesia in *Osterhouen*, villam quandam nobis adjacentem dictam *Amaizperch*, in paucis redditibus, utpote que ex angariis & indebitis vexationibus aduocati ipsius Ville Domini *Rimbotonis de Schwarzenburch* desolata quodammodo fuerat & inculta, minus utiliter possideret, nos usi reuerendi Patris & Domini nostri venerabilis *Abbatis de Waltsahssen* fauore, consilio, & assensu eiusdem ville aduocatiam subn omine Dominorum de *Osterhouen*, in numerata pecunia comparauimus, tandem mediante consilio venerabilis *Abbatis de Wimberg*, proprietatem ipsius ville, cum omnibus pertinentiis, per modum concambii redeuntes (redimentes) curiam nostram videlicet in *Porgsteten*, omni aduocatia exornatam & institutionis libere viris venerabilibus & deuotis Domino Abbati ipsiusque Conuentui in *Osterhouen*, cum omni integritate & jurisdictione qua nostra extitit proprietatis titulo tradidimus, vendidimus, seu pro prefata villa commutauimus perpetuo possidendam, obligantes nos presentibus juxta terre morem & consuetudinem, videlicet per annum & diem ad omnem actionem seu petitionem que superadicta curia ipsis seu ipsorum Monasterio moueri poterit, penitus abolendam sub propriarum dispendio expensarum. In cuius rei testimonium presentem literam conscribi fecimus, sigilli nostri, nec non venerabilis Abbatis de *Wimberg* Charactere communitam, testibus subternotatis, qui sunt *Eblingarus* & *Liebhardus* famuli Domini Abbatis de Osterhouen. *Rugerus Viechtenstarius*, *Hollandus*, *Albertus* famuli de Wimberg. *Liebh. Heinr. Vlricus* famuli nostri, & alii fide digni. Actum Domini MCCCI, in festo S. Viti Martyris.

N.

N. LXXXIV. Ne in Porgsteten obligemur ad III. Solidos. An. 1301.

Nos frater *Henricus* Abbas in *Walterbach* constare volumus uniuersis presentia inspecturis, quod cum curiam nostram in *Porgsteten*, sub noua institutione vendiderimus & tradiderimus viris venerabilibus & deuotis Domino Abbati suoque conuentui in *Osterhouen* recepta in concambio quadam ipsorum villa dicta *Amaizberch*, & in eadem curia *Alheid conuersa de Straubinga* haberet certos redditus, trium solidorum jure precario ad terminum vite sue, nos prefate *Alheidi*, singulis annis & certo die III. Sol. quos in eadem curia recipere consueuerat, tenebimur assignare, ita ut ipsi Domini de Osterhouen, seu quilibet ipsorum colonus in eadem curia, a prescripta conuersa, seu quibuslibet suis consanguineis ratione juris precarii prelibati, nullum patiantur prejudicium seu grauamen. Si vero, quod absit, ex impetitione huiusmodi damnum aliquod fuerit ipsis ortum, ad recompensationem huiusmodi nos ipsis, & ipsorum Ecclesie presentibus obligamus, dantes ipsis in euidens testimonium siue robur presentem literam sigilli nostri, ac venerabilis Abbatis de *Wimberg*, de Cuius consilio contractum huiusmodi fecimus, robore communitam. Datum Walterbach. Anno Domini MCCCI. IV. Non. Julii.

N. LXXXV. Confirmatio Praemonst. remedii Halsii. An. 1303.

Gwillelmus Dei patientia Praemonst. Abbas, & Abbatum eiusdem ordinis Capitulum generale, uniuersis presentes

literas intuentibus ſalutem & ſalutares in Domino orationes. Petitioni nobilis & illuſtris *Comitis Alberti de Hals*, ſuorumque heredum voluntaria deuotione annuentes auctoritate preſentium confirmamus & approbamus omnes conditiones in eleemoſynis, miſſis, & aliis orationibus, quas in ſuo teſtamento & perpetuo memoriali de conſenſu Abbatum de *Oſterhouen* ac ipſius Eccleſie conuentus ex bona deliberatione ordinauit, vel inpoſterum ordinauerit Domino concedente pro pietantia fratrum prefate Eccleſie precipientes firmiter & diſtricte, ne quis ſucceſſorum eorundem Abbatum & fratrum predictorum transgreſſor earundem conditionum exiſtat, vel immutare valeat quoquomodo, niſi de ipſius Domini *Alberti Comitis* ſuorumque Heredum aliorumque nobilium ſibi in hac devotione adherentium conſenſu & voluntate, nunquam Capituli generalis, alioquin transgreſſores ad penas in inſtrumentis ipſius ſepedicti *Domini Alberti*, ac aliorum nobilium, qui inibi ſua remedia ordinauerint, auctoritate preſentium obligamus. Datum *Premonſtrati* Anno Domini MCCCIII. ſedente capitulo generali.

N. LXXXVI. De Indulgentia magnae Crucis. An. 1304.

Nos *Wernhardus* Dei gratia, Eccleſie Patauienſis Epiſcopus preſentibus confitemur, quod cum venerabilis in Chriſto frater, Dominus *Ulricus Abbas in Oſterhouen*, tactus dolore cordis intrinſecus ſuper amaritudine paſſionis Redemptoris noſtri crucifixi crucem argenteam deauratam & gemmis pretioſis ornatam appenſo corpore ad imaginem & ſimilitudinem crucifixi, impoſitis per manus noſtras venerabilibus ſanctorum re-

li-

liquiis a parte finiftra pro cultu Ecclefie fue predicte in fui memoriam & remedium preparaffet. Nos ipfius deuotionem aduertentes, ftatuimus in virtute fancte obedientie, & fub interminatione diuini judicii, ut nullus Abbatum feu quisquam alius eandem crucem alienare audeat circa Ofterhouen. Ecclefiam perpetuo permanfuram. Ceterum pro honore crucifixi & fanctorum reconditorum in eadem omnibus vere penitentibus & contritis, qui eandem crucem portandam in proceffionibus, vel contra ignis voraginem, vel aeris intemperiem fecuti fuerint, decem dies criminalium, & viginti venialium mifericorditer in Domino relaxamus. Datum *Patauie* Anno Domini MCCCIV. in die fancti Thomae Apoftoli.

N. LXXXVII. De fefto Conceptionis S. Mariae. An. 1305.

Adam Dei patientia Premonftratenfis Abbas, & Abbatum eiusdem ordinis capitulum generale: dilecto in Chrifto fratri Abbati in *Ofterhouen*, totique conuentui ibidem, falutem & ordinationes in Domino falutares. Ad inftantiam reuerendi in Chrifto Patris & Domini *Chunradi* venerabilis Epifcopi Ratisponen. concedimus, & prefentibus literis indulgemus, ut in Ecclefia veftra diem conceptionis Beatiffime Marie virginis fub duplici fefto, cum propria hiftoria perpetuo celebretis, dummodo vobis & ipfi Monafterio veftro de competenti confolatione per *Fridericum* eiusdem Domini Ratisponenfis Epifcopi Notarium ordinetur. Datum Premonft. Anno Domini MCCCV. In capitulo generali.

N. LXXXVIII. Promiſſio de præſentando Sacerdote ad Parochiam Winzer. An. 1306.

Nos *Ulricus* miſeratione diuina Abbas, totusque Conuentus in *Oſterhouen* tenore preſentium profitemur, quod de Dominorum noſtrorum venerabilium Prelatorum conſilio & conſenſu Domini L. videlicet *Urſpergen.* Viſitatoris annui & patris Abbatis noſtri H. *Sorocen.* ſui conuiſitatoris Domini *Wernh. Wiltin.* & Domini D. *Windlbergen.* petitionem Domini *Hartliebi nobilis viri de Puechperch*, quam a nobis frequentibus ante eorundem aduentum cum maxima inſtantia admitti poſtulauerat, cui non absque eorum aſſenſu potuimus conſentire, nunc admittimus, & eam ſuis ſuorum, noſtrorumque ſucceſſorum temporibus preſentibus promittimus inuiolabiliter obſervare, & eſt talis, ut in Ecclesia noſtra parochiali in *Winzer* Patau. Dioec. cuius jus patronatus ad nos noſtramque Eccleſiam pleno jure ſpectat ex donatione quondam Domini *Leupoldi* Ven. Epiſcopi Babenberg. & honorabilis capituli ibidem, non religioſum ſed ſecularem liberaliter ponamus Clericum, qui eandem inofficiet retento nobis annuo cenſu ab antiquo exinde perſoluto, vel quantummodo plus ultra victualia inofficiantis presbyteri ſolui poſſit, dummodo predicti donatoris juris patronatus, & eius capituli voluntas acceſſerit, & conſenſus. Cuius etiam Ecceleſie collatio ſeu locatio quoties imminebit, ad nos debet libere, & ſine impedimento quolibet pertinere, nec ipſe Dominus *Hartliebus de Puechperch*, neque eius poſteri nos debent vel poſſunt ſuis infeſtis petitionibus ad conferendam eandem cuicunque aliqualiter coarctare. Sed quod premiſſam ſuam petitionem admiſimus, nos noſtramque

Ec-

Ecclesiam suis benignis pertractationibus, promotionibus, beneuolentia, si qua possunt, nos spoponderunt unanimiter & fauorabiliter promouere. In cuius rei testimonium sibi nostram damus literam, nostrorum sigillorum & predictorum Prelatorum munimine roboratam. Actum & Datum in *Osterhouen*, Anno Domini MCCCVI. In diuisione Apostolorum.

N. LXXXIX. Confirmatio fraternitatis inter Osterhoviense & Altahense Monasteria. An. 1108.

Viris religiosis & in Christo dilectis, Domino *Ulrico* venerabili Abbati & conuentui in *Osterhouen* Ordinis Premonstraten. *Wernhardus* Dei gratia Abbas & conuentus Ecclesie S. Mauritii in *Altach inferiori* ordinis sancti Benedicti, cum orationibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Legationes vestras hactenus multiplices recepimus super renouanda fraternitate, inter nostrum & vestrum monasterium olim habita, sed abolita ut dicitis temporum vetustate. Super quo vestre charitati grates deuotas & humiles offerentes, eiusdemque fraternitatis renouationem firmam & ratam juxta petitionem vestram habere volentes, talem inter nos & vos nostramque & vestram Ecclesiam pastorum & fraternitatis subiuimus unionem, videlicet ut plenam participationem orationum & omnium spiritualium beneficiorum, que dante Domino in nostra Ecclesia fiunt, habeatis, in vita pariter & in morte. Hoc adjecto quod cum obitus alicuius vestrum nobis fuerit nunciatus, nomine suo in Calendario nostro scripto, a quolibet sacerdote dicentur tres Misse, ab inferiorum vero graduum quolibet unum Psalterium, & unam quilibet corporalem reci-

piat disciplinam. Illiterati vero dicent centum & quinquaginta vicibus pater noster. Preterea singulis annis post Dominicam, qua cantatur, *Domine in tua*, proxima vacante feria generaliter pro omnibus fratribus defunctis in vestro monasterio apud vos specialis commemoratio fiet, talis videlicet, ut pulsatis campanis vigilie defunctorum, & in mane missa una cantetur publice in Conuentu. Ad supradicta autem uniuersa & singula astringi volumus & ligari, si vos in eis omnibus & singulis parem nobis vicem & similem vicissitudinem faciatis. In quorum omnium euidentiam presentes literas vobis damus, sigillorum nostrorum robore communitas. Actum *Anno Dni.* MCCCVIII. Indictione VI. In festo sancti Patris nostri Benedicti.

N. XC. De Seruitio Mattenhaim. An. 1311.

Nos *Ulricus* miseratione diuina Abbas protestamur in his scriptis quod nos feudum in *Mattenhaim* ad mediam Hubam contulimus jure hereditario *Hartliebo & Sifrido dictis Horpolli*, quesitum & irrequisitum, tali pacto, ut dictam possessionem in campis ville metis & signis euidentibus ab aliis adjacentibus excipiant, & singulis annis nobis inde seruiant L. Den. cum tribus festis quolibet valente duos den. cum presentatione valente I. den. in nostro placito generali, frequentabunt etiam alia placita nostra, si opus fuerit ipsos alicui de querimonia respondere secundum consuetudinem aliorum heredum. Quod si negligentes in his fuerint, ex tunc omni jure suo priuabuntur, & dicta possessio ad nos libere reuertetur. super quo &c. Testes *Eberh.* Prior, frater *Grimoldus*, *Marti-*

tinus prouifor domus, *Otto de Aefenhaim*, *Dietricus judex*, *Gurro de Haideburch*, *H*, *Eblinger*. Acta MCCCXI. In die Apoftolorum Philippi & Jacobi.

N. XCI. Sponfio de præfentando facerdote fæculari ad Ecclefiam Winzer. An. 1311.

Nos *Ditericus* Dei gratia *Abbas in Windberg*: *Heinricus Decanus de Chambia*, *Eberhardus Plebanus de Vihtach*, tenore prefencium profitemur, quod, cum inter Dominum *Ulricum* Venerabilem Abbatem, & Conventum *Ofterhovenfem* ex una parte, & *Strenuum Militem Dominum Hartlibum de Puchperch* ex altera diffenfio verteretur fuper ordinacionem Parochialis Ecclefie in *Wintzer*, cuius de novo ius patronatus per donacionem Reverendi Patris, & Domini Venerabilis Epifcopi *Babenbergenfis* Ecclefie pervenit ad Monafterium fupradictum, ex quo fupradictus Miles non fine caufa prefumebat, fupradictum Dominum de Ofterhoven aliquid facturum, & precaturum, quod Plebanus iam dicte Ecclefie in *Wintzer*, ne confuetam honeftatem, & decentem hofpitalitatem poffet facere, & fervare, obfifteret, & ne fupradictus Abbas tale aliquid attemptaret, fe oppofuit, fcilicet eum inter Dominum Abbatem, & Virum Nobilem fupradictos propter falubrem promocionis affectum; quem femper Dominus *Hartlibus* fupradictus ad Monafterium Ofterhovenfe habuit, periculofum, & grave fuiffet tam Abbati, quam Monafterio fupradictis, a fupradicto *Hartlibo* in aliquo diffentire, in nos tanquam amicabiles compofitores finaliter compromiferunt, dando nobis poteftatem fuper hoc diffiniendi, ordinandi, & racionabiliter dei-

cidendi. Nos quoque hac poteſtate accepta, & auctoritate taliter diffinimus, ſtatuimus, & iubemus, quod Abbas, quicunque pro tempore fuerunt, & Conventus nunquam acceptabunt predictam Eccleſiam per fratres ſui Monaſterii, & Ordinis officiare, ſed cum eam vaçare contigerit, Clericum ſecularem ydoneum, ut hactenus, preſentabunt; ſi vero idem Dominus Abbas, & Conventus petierint apud Ordinarium Epiſcopum, ut eis liceat, de eadem Eccleſia annuatim recipere aliquam penſionem, hec ſummam trium librarum excedere non debebit, & eadem penſione trium librarum Abbas, & Conventut Clericum officiantem Eccleſiam, & regentem qui ſemper ſecularis eſſe debet, in alio non gravabunt. Ad hoc, ut Abbati, & Conventui concedatur, & permittatur tali uti penſione, Dominus *Hartlibus* ſepe dictus apponere promittit operas, ſi quas poteſt. Acta ſunt hec, & promulgata anno Domini M.CCC.XI. apud *Oſterhoven* in vigilia Achacii, & ſociorum eius, Domino Abbate, & Conventu preſentibus, & conſencientibus. In cuius rei Teſtimonium preſentem paginam Abbatis, & Conventus, noſtrorum, & Domini *Hartlibi de Puchperg* ſigillorum munimine duximus roborandam.

Originale.

N. XCII. Fraternitas data Nobilibus a Capitulo generali. An. 1312.

Adam Dei patientia Premonſtraten. Abbas, & Abbatum eiuſdem ordinis capitulum generale. Venerabili & dilecto in Chriſto fratri Abbati, totique conuentui in *Oſterhouen,*

uen, uniuerſis aliis quos noſſe fuerit oportunum, tam preſentibus quam futuris ſalutem in omnium ſaluatore. Cum affectus fidelium, quem habent in piis & bonis operibus, ſit promouendus & accendendus, in quantum poteſt fieri, ut & ipſorum deuotio augeatur, & diuinus cultus amplificetur, preſteturque exemplum bonorum operum fidelibus uniuerſis: proinde nos *Adam* Dei patientia Premonſt. Abbas, & eiuſdem ordinis capitulum generale, conſiderantes affectum, quem habent ad ordinem noſtrum, & precipue ad Eccleſiam *Oſterhouen.* viri ſpectabiles *Comites de Hals*, videlicet *Albertus & Alramus*, nec non nobiles viri milites *Hartliebus & Sifridus de Puechperch, Wilhalmus de Winzer*, *Frider. Saxo*, & *Gotfridus de Hauſen*, cum eorum uxoribus ac liberis, plenam participationem omnium bonorum, que in toto noſtro fiunt ordine, ipſis benigna in Domino concedimus charitate, adiicientes de gratia ſpeciali, quod omnes conditiones & deuotiones, quas de miſſis vel Vigiliis, ſeu aliis bonis operibus tam ſpiritualibus quam temporalibus in ſuis literis expreſſerunt ſiue ſtatuerunt, ſeu pro fratrum pietancia ſiue aliis operibus quibuscunque approbamus, ratificamus, & confirmamus in perpetuum, ſub harum teſtimonio literarum, ita quod nulli hominum nobis ſeu ordini noſtro ſubjectorum, ſiue Abbas fuerit, ſiue alius qualiscunque de ipſorum ordinatione quidquam aliud facere liceat, quam quod predicti benefactores Oſterhouenſi Eccleſie, in ſuis literis expreſſerunt, ſub terminatione diuini examinis, & noſtri ordinis diſciplina. Datum & actum Anno Domini MCCCXII. ſedente noſtro capitulo generali.

N. XCIII. Admiſſio Capituli Patauien. de Eccleſia Winzer. An. 1318.

Nos *Meingotus* Dei gratia Prepoſitus, *Meingotus* Decanus & Capitulum Eccleſie Patauienſis conſtare cupimus Uniuerſis preſentes literas inſpecturis, quod literas venerabilis Patris Domini *LEUPOLDI* Reuerendi in Chriſto Epiſcopi *Babenbergen.* non abolitas non abraſas, non cancellatas, imo ex omni ſua parte ſaluas, ſui ipſius nec aliorum ſubſcriptorum ſigillorum munimine inſignitas vidimus & legimus continentie infra ſcripte per omnia in hec verba: *Nos Leupoldus Dei gratia Epiſcopus Babenberg. recognoſcimus* (ut ſupra Num. LXXXII.) Nos itaque donacionem huiuſmodi tam piam & honeſtam ac rationabiliter factam non immerito commendantes auctoritate nobis in preſentiarum, vacante ſede paſtorali Eccleſie ordinaria competente ratam & gratam habemus, ipſamque ſolidamus teſtimonio huius, ſcripti ſigilli cauſarum noſtri Capituli charactere roborati. Anno Domini MCCCXVIII. in Craſtino S. Udalrici Martyris, & Confeſſoris.

Originale.

N. XCIV. Donatio med. Hub. in Eſchback Reundorferii. An. 1331.

Ego *Eberhardus plebanus in Winzer & Fordanus germanus meus dicti Reundorferii* preſentibns profitemur, quod mediam hubam noſtram in *Eſchelbach* ſitam ante nemus quod dicitur *Stainchart* donauimus infirmarie Eccleſie *Oſterhouen.* ſub

ſub tali conditione, ut quamdiu nos ambo vixerimus, cuncti prouentus, qui in omnem euentum ex hac prouenerint, in uſus noſtros integraliter cedere debeant annuatim: ſed Dominus Abbas predicte Eccleſie eandem habebit inſtituere ſingulis annis nobis ambobus preſentibus ad noſtrum conſilium & fauorem; uno quoque noſtrum ab hoc ſeculo emigrante, alter, qui ſuperſtes fuerit, diem obitus ſui in adminiſtratione ſubſcripta, videlicet medii talenti denariorum ad refectorium conuentus ibidem XXIV. denariorum cuſtodi ipſius loci ad luminaria exequiarum diei obitus, quatuor denariorum ſacerdoti inofficianti in die depoſitionis ſeu anniuerſarii, quatuor quoque denariorum eccleſiaſtico pro ſolemni pulſu campanarum annis ſingulis celebrabit, quo etiam mortuo, predicta media huba cum omnibus ſuis prouentibus, queſitis & inquirendis ad uſum prefate infirmarie ſine omni contradictione vel juris cuiusquam uſurpatione omnium noſtrorum conſanguineorum, vel etiam quorumcunque aliorum libere deuoluetur, & ex tunc dies anniuerſarius obitus noſtri amborum, ſimul die ſub adminiſtratione premiſſa integraliter ſeruanda de prouentibus ipſius medie hube per infirmarium qui tunc fuerit in perpetuum celebrabitur, hoc addito, quod ſi quid ultra huiusmodi adminiſtrationem uniuerſalem de redditibus ipſius ſepedicte medie hube ſuperfuerit, hoc ipſium ad infirmariam pro infirmorum melioratione prebende debebit cedere annuatim. In cuius rei memoriam preſentes damus literas, ſigillorum Domine *Petriſſe relicte*, *nobilis viri Domini Hartliebi dicti quondam de Puechperch* pie memorie, nec non Domini *Eberhardi plebani de Viechtah* munimine roboratas. Datum in *Oſterhouen*

anno Domimi MCCCXXXI. In die Sancti Nicolaui Pontificis gloriosi.

N. XCV. Legatum Vineæ Chremsleiten. An. 1336.

Nos Frater *Otto* dictus *Abbas Zwetlen.* Monasterii totusque Conuentus ibidem tenore presentium profitemur tam presentibus quam futuris, quod honesta & Deo deuota vidua Domina *Gertrudis, cognomine Leubserinna* residens in civitate *Chremsa* pro Dei amore & spe retribucionis eterne, & de maturo consilio & bono fauore omnium heredum suorum tempore, quo ei bene licuit, vineam suam in *Chremsleiten* sitam, de qua nobis in die S. Michaelis jure ciuili singulis annis octo denarii dantur, Reuerendo in Christo Patri Domino *Hermanno* venerabili Abbati & conuentui in *Osterhouen* rationis compos & corpore sana, voluntate ultima delegauit jure, quo ipsa tenuit perpetuo possidendam, & nos eandem vineam Abbati & conuentui prenotatis contulimut de unanimi consensu tenentes gratum & ratum testamentum memoratum tali conditione, ut in nostro jure nihil nobis depereat, & prescriptus censu ciuilis de sepe dicta vinea tempore debito grangie nostre in *Chrems* Rectoribus porrigatur. Et in huius rei euidens & firmum testimonium has patentes predicto Patri & conuentui donamus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum iu *Chremsa* nostra curia, Anno Domini MCCCXXXVI. In die Beati Francisci Confessoris.

Originale.

N. XCVI. De quinta Minutione & Candelis pro Feſto Corporis Chriſti & Candela S. Albani. An. 1338.

Ne rerum pio deuotionis affectu geſtarum labatur memoria, inuenta ſunt a perſpicacibus remedia ſcripturarum, que conſueuerunt fragilitatem humani generis eternare. Hinc eſt quod nos *Hermannus* diuina miſeratione Abbas Eccleſie in *Oſterhouen* attendentes deuota & beniuola noſtri conuentus in diuino cultu ſeruitia, prouentus noſtre exterioris parochie & oblationum, que in pios uſus redigi digne debent, ſuperne remunerationis intuitu, immo compaſſione nature inducti & hortati, pro commoditate communi, non priuata, ſub conditionibus infra ſcriptis de communi conſenſu noſtri prelibati conuentus preuia matura deliberatione duximus noſtre infirmarie perpetualiter annectendas. Videlicet ut ex prenotatis prouentibus ſiue oblationibus annis ſingulis in quinta minutione, que hactenus haberi apud nos non conſueuit circa feſtum beati Joahnnis Baptiſte conſuetudini ordinis conformem, quam etiam ipſe infirmarius, qui pro tempore erit, ſecundum formam aliarum minutionum ſufficienter miniſtrabit. Preterea vinum ſacrificale, quod cuſtodes noſtri Monaſterii retroactis temporibus procurauerunt de communi noſtro cellari volumus recipi, hac conditionalitate ſubjuncta, ut omnibus diebus ad eleuationem corporis & ſanguinis Domini in publica Miſſa due ſolempnes candele accendantur: & a feſto Paſche incluſiue usque ad feſtum beati Michaelis, in honorem beati Albani, contra malignitatem aerearum tempeſtatum, una candela ardens, ad Miſſam choralem per cuſtodem procuretur, que etiam poſt finem Miſſe ante corpus Chriſti infra ambitum benedicti-

onem frugum per ministrum deportetur. Ceterum ob reuerentiam Sacramenti Sacramentorum in festo votiuo corporis Christi in processione quinque candele solempnes, ante & post corpus Dominicum accendantur, que etiam per publice Misse solempnia indeficienter rutilantes perseuerent. Ut ergo hec nostre actionis memorialitas cunctis futuris temporibus inconuulsa & illibata permaneat, nos hanc inde cartam conscribi fecimus, & Sigillorum, videlicet Domini Reuerendi *Alberti* Prepositi Ecclesie *Urspergensis* nostri Patris Abbatis & annui Visitatoris, nec non sui conuisitatoris Domini *Chunradi* honorabilis Prepositi Monasterii *Scheftlarn*, impressione muniri impetrauimus, & sue auctoritatis plenitudine confirmari, ne aliquis nostrorum Successorum eandem infringere, minuere, vel perturbare, aut alienare presumat quoque modo. Insuper ad maiorem euidentiam presentes venerabilium Dominorum, scilicet Domini *Gotschalci Wimtbergensis*, & Domini *Hainrici S. Saluatoris* Ecclesiarum Prelatorum, nec non nostri & nostri supratacti conuentus sigillis procurauimus robore consignari. Datum & actum anno Domini MCCCXXXVIII. In festo Natiuitatis Beati Joannis Bapiste.

Originale cum residuis quatuor Sigillis.

N. XCVII. Ludovici Bavari Imperatoris Confirmatio omnium Privilegiorum. An. 1341.

Wir *LUDWIG* von Gotes Genaden Römischer Keyser ze allen Zeiten merer des Reiches veriehen offenleich und tvn chvnt, daz wir got ze ern, durch hail vnser vnd vnser

Vor-

Vorvodern vnd nachkomen Sel vnd durch besunder gunst vnd guten willen, die wir haben zv den Gotzhavs ze Osterhouen die geistlichen Mann, den Aptt vnd den Conuent des selben Gotzhavs ze Osterhouen des Ordens von Premonstrat, vnser lieb diemvtig mit allen iren levten vnd güten in vnsern besondern Scherm, frid, vnd gnad genomen vnd empfangen haben, vnd nemen vnd empfahen auch mit disem Brif, auch bestäten wir vnd newen in di genad, die si von vnsern Vorvodern *Otten* vnd *Henrich* säligen Hertzogen in Beyrn habent, ob ieman hintz dez vorgenanten Gotzhavses vnd iren güten di si in nvtz vnd gewer zehen oder zwaintzich Jar her bracht habent, iht zechlagen oder zesprechen hab, daz der vor vns, vnd vor vnsern Erben Hertzogen ze Beyrn dar umb rehten sol vnd gericht svchen. Vnd wellen niht daz dhein vnser Amptman oder Richter vmb di selben gvt richten soll. Wir bestäten vnd newen in auch di Gnad vnd Brif, di vnser Vorvarn sälig *Ott* vnd *Heinrich* Hertzogen ze Beyrn geben vnd getan habent in der weis, daz si zolfrei vnd an all Mavtt auf Land vnd auch Wazzer was in vnd irn Chloster zvgehört. vnd besunderlich irn Wein von Osterrich fvr vnser Mavtt ze *Vilshouen*, und fvr all vnser Mautt lezichleich vnd an all irrsal fvren mvgen. Auch tvn wir in von besunder Gvnst die genad, daz si all iar ze ainen mal zwen wagen mit Saltz zolfrei fvr vnser Mavt ze *Pravnaw* fürn süllen vnd mvgen von dem *Hellin*. Wir wöllen auch niht ob ieman mit dem *von Hals* irn Vogt iht ze schaffen oder ze chriegen hab, er sei edel oder unedel oder wie er genant sei, daz der sie auf cheinen irn gütern dar vber der *von Hals* niht Vogt ist,

niht

niht angreiffen noch pfenden svlle, noch si auf irn vogtbarn gütern vber daz Reht Vogtreht pfend fvr den *von Hals* oder angreiff. Wir wellen auch niht, daz chein vnser Amtman oder Rihter hintz irn Lävten noch Güten, noch irn *holden*, die auf irn güten oder Urbarn gesezzen sint, iht einriht vmb cheinerlei sach, dann alein vmb di drei sach, die zv dem tod gehörent, vnd vmb all ander sach sollen der vorgenant Aptt vnd Conuent hintz irn lävten vnd holden richten. Wir bestäten auch dem vorgen Gotzhaus all gnad, freivng, vnd recht, die in von vnsern Vorvarn sälig Hertzogen in Beyrn recht vnd redlich geschehen vnd geben sint, vnd auch wir itzo Land vnd Lävten gemainchleich ze Beyrn getan vnd geben haben. Darvmb wellen vnd gepieten wir vnsern Vitztomen, Richt rn, Mavtern, vnd allen vnsern Amptläuten, vnd vnsern getrevven Edeln vnd Vnedeln in Beyrn vestichleich vnd ernstlich, daz si daz Gotzhaus ir lävt noch gvt an den vorgenanten Gnaden vnd vnser bestätung mit dheinen sachen vnd in weis niht irren, angreiffen, laidigen, noch beschwären, als lieb in vnser h nld sein. Darvber ze Vrchvnd geben wir in disen Brif versigelten mit vnserm Keyserlichen Insigel, der geben ist ze *Mvnchen* an Sand Martins tag nach Christes Gebvrtt drevzehenhundert Jar, darnach in dem ain vnd vierzigisten Jar, in dem siben vnd zwaintzigisten Jar vnsers Reichs vnd in dem viertzehenden des Keysertvmes.

N. XCVIII. Eiusdem Innovatio Decimationis in Straubing & Ellenbach. An. 1341.

Wir *LUDWIG* von Gotes genaden römischer Keyser, ze allen Zeiten merer des Reichs, **Bechennen** offenbar vnd

tvn

tvn chvnt fvr vns, vnser Erben vnd Nachkomen, allen den die in ansehent oder hörent lesen, daz wir geschen haben *LUDWIG* vnd *OTTen* sæligen Pfallentzgrafen bi dem Reyn vnd Hertzogen in Beyrn vnser vorvarn Brief, daran si verschriben vnd gegeben habent *vnsern zehent ze Stravvbing vnd vnsern zehent ze Ellenpach* sand Margreten vnd dem Gotzhaus ze *Osterhouen* also daz si ieman der selben zehent niht entvirn noch enpfrembden sol in dhain weis, sonder sol der abptt vnd der Conuent gemainlich da selben vnser lieb demvtig die selben zehent vnd waz darzv gehört mit allen rehten vnd nvtzen inne haben vnd niezzen als ir aigenleichen Gut. Vnd also bestæten wir in die selben zehent, als si die herbracht vnd genozzen habent, daz si die niezzen als in die vnser obgenant Vorvarn verschriben habent. Vnd gebieten allen vnsern Amptlævten, Vitztvmen, Pflegern, Richtern, Burgern vnd andern vnsern getrevven vnd dienern vestichleich vnd ernstlich, daz si den vorgenanten Abptt, Conuent, vnd daz Gotzhaus an den selben zehenten niht hindern noch irrn mit chainen sachen. Wold si ieman daran laidigen, dez sulln si in vor sein bi vnsern gnaden. Vnd darvber ze Vrchvnd geben wir in disen Brief mit vnserm Keyserlichen Insigel versigelten der geben ist ze *Lantzhvt* an Montag nach Gertrudis nach Christes Gebvrtt drevtzehenhundert Jar darnach in dem ain vnd viertzigisten Jar, in dem siben vnd zwaintzigisten Jar vnsers reichs, vnd in dem viertzehendem dez Keysertvmes.

N. XCIX. Eiusdem de libero Tranſitu in Pleinting. An. 1345.

Wir *LUDWIG* von gotes genaden &c. Enbieten dem Rat vnd den Burgern gemeinichleich ze *Pleinting* vnſern lieben getrevven vnſer huld vnd alles gvt. Wizzet, daz wir dem Abptt vnd dem Conuent ze *Oſterhouen* vnſern lieben demvtigen die gnad getan haben, daz ſi fvrbas irn Wein der in Zugehört ſwas ſi dez fvrent datz dem Marcht &c. *Pleinting* niht niderlegen ſchullen. Vnd darvmb wellen vnd gebieten ev ernſtlich, daz ir den ſelben Abptt vnd Conuent irn Wein ſwaz ſi dez habent furbas fvren vnd niderlegen lazzent ſwo ſi wellent, vnd ſi daran nihtz irret. Geben ze *Schœrding* an Vreitag in der Pfingſtwochen in dem ain vnd dreizzigiſten Jar vnſers reichs, vnd dem ahtzehendem dez Keyſertvmes.

* Haec tria Ludoviciana Diplomata excerpta ſunt e Codice membraneo, medio Sec. XIV, exarato.

N. C. Pretia Rerum medio ſeculo XIV. In Judicio Ellenpach.

	Libra.	*Solid.*	*Denar.*
De Theloneo in Geiſelhöring	VIII.	—	—
Item de Judicio Ellenpach	X.	—	—
De Cenſu ibidem - -	XXXVI.	—	—
De Stevra Rurenſium -	CXXXI.	—	—
Summa Tritici LIIII. Scaffe, media ſcaffa II. modii faciunt -	XVIII.	—	—

Sum-

	Libra.	*Solid.*	*Denar.*
Sum. Silig. CLVIIII. Sca. med. sca. & 1. mod. faciunt -	XXXVIIII.	VII.	XV.
Summa Ordei 1. Scafa & 1. mod. faciunt. - - -	—	—	L.
Summa Avene XXXIIII. Sca. faciunt. - - -	IIII.	—	LX.
Summa Porcorum XXVIII. faciunt. - - - - -	X.	V.	XI.
Sum. Pisarum & fabarum III. sca. faciunt.	—	III.	—
Sum. Papaueris XLII. metrete chasten mas fac. - -	—	V.	XVIII.
Sum. Anserum C. & VI. faciunt.	—	VII.	II.
Sum. Pullorum CC. & XLVIII. faciunt. - - - - -	I.	—	VIII.
Sum. Ouorum M. & M. & LX. faciunt. - - -	I.	—	XII.
Sum. Agnorum IX. & medius Agnus facit. - - -	—	—	LXVI.
Sum. Caseorum dc. XLV. faciunt.	—	X.	XV.
Sum. Vini Bawarici X. vrne faciunt - - - -	—	X.	XX.
Sum. Ceruisie XLII. vrne computata Vrna pro XXX. den. faciunt. - - - - -	V.		LX.
In Judicio Strvbing.			
Judicium soluit - -	L.	—	—
Ibidem Mvta - -	CCCC.	—	—
Stevra Ciuit. - - -	CCCC.	—	—
Item Theloneum Pontis -	XL.	—	—
Ibidem denar. Censuales -	XXXV.	—	LX.
Item Stevra rurensis - -	CLV.	—	—

	Libra,	Solid.	Denar.
Item de Vngelt per Vicedominatum - - - - -	CC.	—	—
Item de Judeis per Vicedominatum - - - - -	LX.	—	—
Sum. Tritici XLIII. Scaf. faciunt.	XIIII.	—	LXXX.
Sum. Siliginis C. & XX. Scaf. cum I. Scaf. faciunt. - -	XXX.	—	—
Sum. Ordei XVIII. Scaf. cum I. Scaf. faciunt. - - -	III.	—	XX.
Sum. Avene LXXXXIII. Scaf. faciunt. - - - -	X.	III.	—
Item I. Scaf. Pisarum faciunt	—	—	LX.
Sum. Porcorum XL. faciunt.	XV.	VII.	XX.
Sum. Papaueris XXII. Chasten mas faciunt. - - -	—	—	LXXXVIII.
Sum. Anserum LXXII. faciunt.	I.	—	XXIIII.
Sum. Pullorum C. & LIIII. faciunt.	—	V.	IIII.
Sum. Caseorum censualium CCCC. & LXXXII. fac.	II.	—	IIII.
Sum. Caseorum in Reyberstorff dCC. & L. Cas. valent. III. denar. faciunt.	IX.	III.	—
Sum. Ouorum M. C. & LX. faciunt. - - - - -	—	—	LXXVIII.
Sum. holerum I. Scaf. facit. -	—	—	XV.
Item in Roberstorf in praitenvolt v. Piscatores, quorum quilibet omni septimana soluit VI. den. piscium, faciunt annuatim.	XIII.	—	—

N. CI. Confirmatio Privilegiorum hic insertorum. An. 1365.

Wir *ALBRECHT* von gots genaden *Pfallentzgraue bey Rein vnd Hertzog in Beirn, Graue ze Tyrol vnd ze* Görtz

Görtz Vogt der Gotzhauser Agley Triend vnd Brichsen Rüward (Tutor) *der Grauefchaft Hennigavv Holland Seland, vnd der Herrlicheit Friesland.* bechennen offenleich vnd tvn kunt mit difem brief, daz für vns kom der erfame geiftlich here der Abt von Ofterhouen Premonftrierer ordens, vnfer lieb demutiger, vnd vns furbracht, vnd zaigt, von fein vnd feines Conuentz wegen dafelbn zwen brief die der allerdurchleuhtigift Fürft vnfer lieber her vnd Vater Keyfer *LUDOWEIG* von Rome feligen der heyligen Junchfravvn fand Margreten, vnd demfelben Gotzhaus ze Ofterhouen geben hat, daran er in hat beftätt ernevvet vnd beueftent des erften folich gab vnd gift die di hochgeborn *LUDWEIG* vnd *OTT* Pfallentzgrauen bey Rein vnd Hertzogen in Beiren feligen, vnfer vordern verfchriben vnd gegeben habent, vnd mit namen vmb den zehend ze Stravvbing vnd ze Ellenpach, als der brief fagt, von wort zu wort, der hernach gefchriben ftet. „ Wir *LUDWIG*
„ von Gotes genaden Römifcher Keyfer, zu allen Zeiten me-
„ rer des Reiches bechennen offenbar vnd tun kunt, für vns
„ vnfer erben vnd nachkomen allen den die in anfehent vnd
„ hörent lefen, daz wir gefehen haben *LUDWEIGEN* vnd *OT-*
„ *TEN* feligen Pfalltzgrauen bey Rein vnd Hertzogen in Bairn
„ vnfer vorvordern brief, daran fy verfchriben vnd gegeben ha-
„ bent vnfern *Zehend ze Stravvbing vnd vnfern Zehend ze Ellen-*
„ *pach* fand Margreten vnd dem Gotzhaus ze Ofterhouen, alfo daz
„ fy jemand derfelben Zehend nicht entweren noch enpfremden
„ fol in dhain weis, funder fol der Abt vnd der Conuent ge-
„ meinleich dafelben vnfer lieb diemutig diefelben zehend
„ vnd waz darzu gehört mit allen rechten vnd nutzen inne

„ ha-

„ haben vnd beruwichleichen niezzen, alz ir aygenleich gut.
„ Vnd alſo beſtäten wir in dieſelben Zehend, als ſy die her-
„ bracht, vnd genozzen habent, daz ſy die niezzen als in die
„ vnſer obgenant Voruarn verſchriben habent. Vnd gebie-
„ ten allen vnſern amptlevvten, Vitztumen, Pflegern, Rich-
„ tern, Burgern, vnd andern vnſern getrevven vnd dienern
„ veſtichleich vnd ernſtleich, daz ſy den vorgenanten Abbt,
„ Conuent, vnd daz Gotzhavvs an den zehenden nicht hin-
„ dern, noch irren in chainen ſachen. Wolt ſy iemand da-
„ ran laydigen, dez ſullen ſy in vor ſein bey vnſern genaden.
„ Vnd darüber ze Vrchund geben wir in diſen brief mit vn-
„ ſerm Keyſerlichen Inſigel verſigelten, der geben iſt ze *Lan-*
„ *deshut* an Montag nach Gertrudis, nach Chriſti geburt dreiv-
„ zehenhundert Jar, danach in dem ainem vnd vierzigiſten
„ Jare, in dem ſyben vnd zwainzigiſten Jar vnſers Reichs,
„ vnd in dem vierzehenden des Keyſertumes.

Auch hat vns der obgenant geiſtlich here vnd Abt für-
bracht vnd gezaigt einen andern brief von vnſerm obgenan-
ten heren vnd Vater Keyſer *LUDWEIGEN* von Rome ſeligen,
daran er dem ſelben Gotzhaws ſumleich beſunder genad ge-
tan vnd verſchriben hat, vnd in beſtätt vnd ernewet, vnd be-
ueſtent ſolich brief der hochgeborn furſten *OTT*, vnd *HEIN-*
RICH, Hertzogen in Beirn ſeligen, vnſer vordern vber ſum-
leich genad, gab, vreyhait vnd recht die ſy dem ſelben Gotz-
haws ze *Oſterhouen* auch geben habent vnd verſchriben, als
der brief auch ſagt, der hernach geſchriben ſtet.

„ Wir *LUDWEIG* von Gots genaden Römiſcher Key-
„ ſer ze allen Zeiten merer des Reichs, veriehen offenleich,
„ vnd

„ vnd tun kunt, daz wir Got ze eren, durch hail vnser vnd
„ vnser Vordern, vnd nachkomen Sel, vnd durch besunder
„ gunst vnd gueten willen, die wir haben zu dem Gotzhaws
„ ze *Osterhouen*, die geistlichen mann, den Abbt, vnd den
„ Conuent desselben Gotshauses ze Osterhouen des Ordens
„ von Premonstrier, vnser lieb diemütig mit allen iren Lew-
„ ten vnd Güten in vnsern besundern schirm frid vnd genad
„ genomen vnd empfangen haben, vnd nemen vnd empfa-
„ hen auch mit disem brief, auch bestäten vnd nevven wir
„ in die genad, die si von vnsern voruarn *OTTEN*, und *HEIN-
„ RICH* seligen Hertzogen in Beirn habent, ob iemand hintz
„ vorgenannten Gotzhaws vnd iren güten, die si in nutzz vnd
„ vnd gewer zehen oder zwaintzig iar herbracht habent, icht
„ zechlagen oder zesprechen habe, daz der vor vns vnd vor
„ vnsern Erben Hertzogen ze Beirn darumb richten sol, vnd
„ gericht suchen, vnd wellen nicht, daz dhein vnser Ampt-
„ man oder Richter vmb die selben gut rechten sulle. Wir
„ bestäten vnd newen in auch die genad vnd brief die in vn-
„ ser vorvarn selig *OTT* vnd *HEINRICH* Hertzogen ze Beirn
„ geben vnd getan habent in der weis, daz si zolfrey vnd all
„ Mautt auf Land vnd auf Wazzer, waz in vn irem Kloster
„ zugehört, vnd besunderlich irn Wein von Oesterreich, fur
„ vnser mautt ze Vilshouen vnd für all vnser mautt ledich-
„ leich vnd an all irrsal füren mügen. Auch tun wir in von
„ besunder gunst die genad, zaz si alleiv iar ze einem mal
„ zwen wägen mit Saltz zolfrey für vnser mautt ze *Prawna-
„ we* füren sullen vnd mügen von dem *Hellin*. Wir wellen
„ auch nicht. ob ieman mit *dem von Hals irem vogt* icht ze-
„ schaffen oder zechriegen habe, er sey Edel oder Vnedel oder

„ wie

„ wie er genant ſey, das der ſi auf dheinen iren güten dar-
„ über der *von Hals* nicht Vogt iſt, nicht angreiffen noch
„ pfenden ſulle, noch ſi auf irn Vogtbarn güten vber daz recht
„ *Vogtrecht* pfend fur den von Hals, oder angreiff. Wir wel-
„ len auch nicht, daz chein vnſer amptman oder Richter hintz
„ iren lewten noch güten noch iren holden, die auf iren gü-
„ ten oder Vrbarn geſezzen ſind icht envicht vmb dheinerley
„ ſache, dann allein vmb die drey ſache. die zu dem tod ge-
„ hörnt, vnd vmb all ander ſache ſullen der vorgenant Abbt
„ vnd Conuent hintz iren lewten vnd holden richten. Wir
„ beſtäten auch dem vorgenanten Gotzhaws all genad, frey-
„ ung vnd recht die in von vnſern Vorvarn ſelig hertzogen
„ in Beirn recht vnd redleich geſchehen vnd geben ſind, vnd
„ auch wir ietzo land vnd lewten gemeinleich ze Beirn ge-
„ tan vnd geben haben. Darum wellen vnd gebieten Wir
„ vnſern Vitztumen, Richtern, Mauttnern, vnd allen vnſern
„ Amptlewten vnd vnſern getrewen Edeln vnd Vnedeln in
„ Beirn veſtichleich vnd ernſtleich, daz ſi daz vorgenant Gotz-
„ haws ir lewte noch gut an den vorgenanten gnaden vnd
„ vnſer beſtätung mit dheinen ſachen vnd in dhein weis nicht
„ irren, angreiffen, laidigen, noch beſchwärn, als lieb in vn-
„ ſer huld ſein. Darvber ze Vrchund geben wir in diſen
„ brief verſigelten mit vnſerm Keyſerlichen Inſigel der geben
„ iſt *ze Munchen* an ſand Marcus tag nach Kriſtes geburd dreu-
„ zehen hundert iar in dem ſyben vnd zweintzigiſten iar vn-
„ ſers Reichs vnd in dem viertzehendem des Keyſertumes. „

Vnd wan der egenant vnſer lieber here vnd vater, Key-
ſer LUDWEIG vnd ander vnſer vordern ſelig dis obgeſchri-

ben

